 lo ⁊ fac bonū: inquire pacē ⁊
 psequere eā. **O**culi dñi sup
 iustos: ⁊ aures eius in p̄ces
 eorū. **A**ultus aut̄ dñi super
 facientes mala: vt perdat de
 terra memoriā eorum. **C**la
 mauerunt iusti ⁊ dñs exaudi
 uit eos: et ex oībus tribula
 tionibus eorū liberauit eos.
Iuxta est dñs his q̄ tribu
 lato sunt corde: ⁊ hūiles spū
 saluabit. **M**ulte tribulatio
 nes iustorū: et de oībus his
 liberabit eos dñs. **C**ustodit
 dñs omnia ossa eorū: vnū ex
 his non conteret. **M**ors pec
 catorū pessima: ⁊ qui oderūt
 iustū delinquent. **B**edimet
 dñs animas seruorū suorū: ⁊
 nō delinquet oēs q̄ sperāt in
 eo. **G**loria p̄i. **Vn.** Rectos
 decet collaudatio. **p. xxxiii.**
Iudica dñe nocentes
 me: expugna ipugnā
 tes me. **A**pprehende arma

et scutū: ⁊ exurge in aduerso
 rium mihi. **E**ffunde frameā
 et conclude aduersus eos q̄
 psequunt̄ me: dic aīe mee fa
 lus tua ego sū. **C**ōfundant̄
 et reuerant̄: querētes aiām
 meā. **A**uertant̄ retro: sus et
 cōfundant̄: cogitantes mihi
 mala. **H**iat tāq̄ puluis aīe
 faciēvērū: ⁊ āgelus dñi coar
 tans eos. **H**iat via illoꝝ te
 nebrē ⁊ lubricū: ⁊ angel⁹ dñi
 persequēs eos. **Q**m̄ gratis
 absōderūt mihi interitū la
 quei sui: supuacue exproba
 uerūt aiām meā. **V**eniat illi
 laque⁹ quē ignorat: ⁊ captio
 quā absōdit app̄hendat eū:
 et in laqueū cadat in idipsū.
Fia autē mea exultabit in
 dño: ⁊ delectabit̄ sup saluta
 ri suo. **O**īa ossa mea dicent:
 dñe q̄s similis tibi: **A**ripti
 ens inopē de manu fortiorū
 eius: egenū ⁊ pauperē a diri
 piētib⁹ eū. **S**urgētes testes
 iūq̄: q̄ ignorabā iterrogabāt
 me. **R**etribuebant mihi ma
 la pro bonis: sterilitatē ante
 mee. **E**go autē cū mihi mo
 lesti essent: induebar cilicio.
Humiliabā in te iuncto aiām
 meā: et ofo mea in sinu meo
 conuertet. **Q**uasi proximū
 quasi fratrem nostrū sic cōpla
 cebā: quasi lugēs ⁊ cōtrista:

tus sic humiliabar. Et aduersum me letati sunt et conuenerunt: congregata sunt super me flagella et ignozani. **D**isparati sunt nec copuncti: tentauerunt me subfannaest me subfannatione: frenduerunt super me dentibus suis. **D**ne quoniam respicies / restitue aiam meam a malignitate eorum: a leonibus unicam meam. **C**onfitebor tibi in ecclesia magna: in populo graui laudabo te. **N**on supergaudeat mihi qui aduersant mihi inique: qui oderunt me gratis et annuunt oculis. **Q**uoniam mihi quidem pacifice loquebantur: et in iracundia terreloquentes dolos cogitabant. **E**t dilatauerunt super me os suum: dixerunt euge euge uiderunt oculi nostri. **Q**uidisti domine ne fileas: domine ne discedas a me. **E**xurge et intende iudicio meo deus meus: et dominus meus in causam meam. **I**udica me secundum iustitiam tuam domine deus meus: et non supergaudeat mihi. **N**on dicant in cordibus suis euge euge aie nostre: nec dicant deuorabimus eum. **E**rubescant et reuereantur simul: qui gratulantur malis meis. **I**nduatur confusione et reuerentia: qui maligna loquitur super me

et letent qui uolunt iustitiam meam: et dicant semper magnificet dominus qui uoluit pacem serui eius. **E**t ligata mea meditabitur iustitiam tuam: tota die laudem tuam. **A**n. **E**xpugna impugnantes me. **P. xxxv.** **D**ixit iniustus ut delinquat in semetipso: non est timor dei ante oculos eius. **Q**uoniam dolose egit in conspectu eius: ut inueniat iniquitas eius ad odium. **T**erba oris eius iniquitatis et dolus: noluit intelligere ut bene ageret. **I**niquitatem mendicat est in cubiculo suo: affertur ei uis non bone: malicia autem non odium. **D**ne in celo misericordia tua: et uitas tua uisus ad nubes. **I**ustitia tua sicut montes dei: iudicia tua abyssus multa. **H**omines et inuenta saluabis domine: quem admodum multiplicasti misericordiam deum. **F**ili autem hominum in te gmine alarum tuarum sperabunt. **I**nebrabuntur ab uerbate domus tue: et torrete uoluptatis tue potabis eos. **Q**uonia apud te est fons uite: et in lumine tuo uidebimus lumen. **P**retende misericordiam tuam sanctibus tuis: iustitiam tuam his qui recto sunt corde. **N**on ueniat mihi pes superbie: et manus peccatoris non moueat me.

B.iiii.

Ibi ceciderunt qui operantur iniquitates: expulsi sunt nec potuerunt stare. **ps. xxxvi.**

Noli emulari in malignantibus: neque zelaveris faciētes iniquitatem.

Quoniam tanquam fenū velociter arefcēt: et quemadmodum olera herbarū cito decident

Spera in dño et fac bonitatem: et inhabitabit terrā et pascet in divitiis eius. **D**electa re in dño: et dabit tibi portio

nes cordis tui. **R**evela dño viā tuā et spera in eo: et ipse faciet.

Et educet quasi lumen iustitiā tuā: et iudiciū tuū tanquam meridiem: subditus esto domino et ora eū.

Noli emulari in eo qui prosperat in viā sua: in homine faciente iniustitias.

Desine ab ira et dēre lique furorem: noli emulari ut maligneris.

Qui in qui malignatur exterminabunt: sustinētes autē dñm ipsi hereditabunt terrā.

Et adhuc pusillū et nō erit peccator: et queres locum eius et non iuvenes.

Mansueti autē hereditabunt terrā: et delectabuntur in multitudine pacis.

Observabit peccator iustū: et stridit super eū dentibus suis.

Dñs autē irridebit eū: quoniam pspicit quod ventet dies eius.

Gla diū euaginaverunt peccatores: intenderunt arcū suum.

T et decipiat pauperē et inopem: ut trucidet rectos eorum.

Gladius eorum intret in corda ipsorum: et arcus eorum confringatur.

Melius est modicus iustus: super divitias peccatorū multas.

Qui in brachia peccatorum conterent: confirmat autem iustos dñs.

Novus dominus dies immaculatoz: et hereditas eorum in eternū erit.

Non confundentur in tempore malo: et in diebus famis saturabuntur: quia peccatores peribunt.

Inimici vero dñi mori ut honorificati fuerunt et exaltati: deficientes quæ admodum fumus deficient.

Mutuabitur peccator et non soluet: iustus autē miseretur et tribuet.

Quia benedictes ei hereditabunt terrā: maledictes autē ei disperibunt.

In pud dñm gressus hominis diriget: et viam eius volent.

Quia cum ceciderit non collidetur: quia dñs supponit manū suam.

In unioz fui etenim senui: et non vidi iustū derelictū: nec semen eius querens panem.

Tota die miseretur et comodat: et semē illius in benedictioe erit.

phares.
D Eclina a malo et fac

bonū: et inhabitata in seculū se-
culi. **Q**uia dñs amat iudici-
um: et nō derelinquet sc̄tōs
suos: in eternū conseruabun-
tur. **I**n iusti punient: et semē
impiorū peribit. **I**usti autē
hereditabūt terrā: et inhabitā-
bunt in seculū seculi sup̄ eaz.
Os iusti meditabit sapien-
tiā: et lingua eius loquet̄ iu-
dicīū. **L**ex dei eius in corde
ipsius: et nō supplantabunt
gressus ei⁹. **C**ōsiderat pec-
cator: iustū: et querit mortifi-
care eū. **D**ñs autē non dere-
linquet eū in manibus eius:
nec dānabit eū cū iudicabit̄
illi. **E**xpecta dñm et custodi-
viam eius: et exaltabit te vt
hereditate capias terraz: cū
perierit peccatores videbis.
Vidi impiū superexaltatū:
et eleuatū sicut cedros liba-
ni. **E**t trāsiit et ecce nō erat:
quesiuit eū et non est inuētus
locus eius. **C**ustodi innocē-
tiā et vide equitatez: qm̄ sunt
religē hominū pacifico. **I**n-
iusti autē disperibunt: simul
reliquie ipiorū iteribūt. **S**a-
lus autē iustorū a dño: et pro-
tector eorū in tēpore tribula-
tiōis. **E**t adiuuabit eos do-
min⁹ et liberabit eos: et eru-
et eos a peccatorib⁹: et salua-
bit eos quia sperauerūt in eo

Gloria. **A**n. **R**euēla dño vīā
tuam. **ps. xxxvii.**
Dñe nei furore tuo
arguas me: neq; in ira tua
corripas me. **Q**m̄ sagitte
tue infixę sunt mihi: et confir-
masti super me manū tuam.
Nō est sanitas i carne mea
a facie ire tue: nō est pax ossi-
bus meis a facie pctōz meo-
rum. **Q**m̄ iniquitates mee
super gresse sunt caput meū:
et sicut onus graue grauate
sunt super me. **P**utruerūt et
corrupte sūt cicatrices mee:
a facie insipientie mee. **M**iser
factus sum et curuatus sum vs-
q; in finē: tota die contrista-
tus ingrediebar. **Q**m̄ lumi-
bi mei impleti sunt illusioni-
bus: et nō est sanitas i carne
mea. **A**fflictus sum et humili-
atus sum nimis: rugiebas
a gemitu cordis mei. **D**ñe
ante te oē desiderīū meū: et
gemitus me⁹ a te nō est abs-
conditus. **C**or meū turbatū
est: dereliquit me h̄i⁹ mea:
et lamen oculoꝝ meoꝝ et ip̄s
non est meū. **A**mici mei et
proximi mei: aduersum me
appropinquauerūt et steterūt.
Et qui iuxta me erant de lō-
ge steterūt: et vīm faciebant
qui querebāt aiām meā. **E**t
qui inquirebāt mala mihi lo-

cuti sunt vanitates: et dolos
 tota die meditabatur. **E**go
 autem tanquam surdus non au-
 diebam: et sicut mutus non
 aperiens os suum. **E**t factus
 sum sicut homo non audiens:
 et non habens in ore suo re-
 dargutiones. **Q**uoniam in
 te domine speravi: tu exaudies
 me domine deus meus. **Q**uia dixi
 nequando supergaudeat mihi
 inimici mei: et dum commo-
 vent pedes mei super me ma-
 gna locuti sunt. **Q**uia ego in fla-
 gella paratus sum: et dolor meus
 in conspectu meo semper. **Q**uia
 iniquitatem meam annuntiabo: et
 cogitabo pro peccato meo. **I**n-
 imici autem mei vivunt et firma-
 ti sunt super me: et multiplica-
 ti sunt qui oderunt me iniqui.
Qui retribuunt mala pro bo-
 nis detrahebant mihi: quon-
 iam sequar bonitates. **N**e
 dereliquas me domine deus meus:
 ne discesseris a me. **I**nter de-
 um adiutorium meum: domine deus
 salutis mee. **G**loria. **A**n. **H**e
 in ira tua arguas me domine.
Delectare in domino: et dabit
 tibi petitiones cordis tui.
Lectio brevis. **P**resi. **secundo**
Confurge: lauda in nocte
 in principio vigilarum: et effu-
 de sicut aquam cor tuum ante con-
 spectum domini dei tui. **L**eua ad

eum manus tuas: et misereberis
 tui. **T**u autem domine miserere no-
 stri. **B**. **breve**. **B**enedicam dominum
 in omni tempore. **S**emp laus
 eius in ore meo. **I**n. **I**n te
clido nocturno. ps. xxxviii.



Pro custodiā vias
 meas: ut non delin-
 quam in lingua mea.
Posui os meo cu-
 stodiā: cum cōsisteret peccator ad-
 versum me **O**bmutil et humili-
 tas super filia bonis: et dolor
 meus renouatur est. **C**ōcaluit
 cor meum intra me: et in medita-
 tione mea exardescet ignis.
Vocatur super in lingua mea: no-
 tum fac mihi domine finem meum **E**t
 numerum dierum meorum quis est:
 ut sciam quid desit mihi. **E**cce
 mensurabiles posuisti dies
 meos: et substantia mea tanquam
 nihilum ante te. **V**eritatem enim
 uersa vanitas: omnis homo vivens
Veritatem in imagine per-
 transit homo: sed et frustra
 conturbatur. **T**hesaurizat:
 et ignorat cui congregabit
 ea. **E**t nunc que est expecta-
 tio mea nonne dominus: et substā-
 tia mea apud te est. **H**ab om-
 nibus iniquitatibus meis erue
 me: opprobrium insipienti de-
 disti me. **O**bmutil et non ape-
 rui os meum: quoniam tu fecisti
 amoue a me plagas tuas.

Fortitudie man⁹ tue ego oblationē noluiſti: aures au-
 defecti in increpationibus: p-
 ter ſiquitate corripuiſti ho-
 minem. **E**t tabeſcere feciſti
 ſicut araneas animam eius:
 verū tamen vane conturba-
 tur omnis homo. **E**raudi
 orationem meam domine ⁊
 deprecationem meam: auri-
 bus percipe lachrymas me-
 as. **D**e ſileas quoniam ad-
 uena ego ſum apud te: ⁊ pe-
 regrinus ſicut omnes patres
 mei. **R**emitte mihi vt refri-
 gerer priuſq̄ abeam: ⁊ apli-
 us non ero. **G**loria. p. xxxij.

Expectans expectaui
 dñm: et intēdit mihi.
Et exaudiuit preces meas:
 et eduxit me de lacu miſerie
 et de luto fecis. **E**t ſtatuit
 ſupra petrā pedes meos: et
 direxit greſſus meos. **E**t i-
 miſit i os meū canticū nouū:
 carmē deo noſtro. **V**idebūt
 multi ⁊ timebūt: et ſperabūt
 in domino. **B**eatus vir cu-
 ius eſt nomen domini ſpes
 eius: et non reſperit i vani-
 tates ⁊ iſanias falſas. **M**ul-
 ta feciſti tu dñe de⁹ me⁹ mi-
 rabilia tua: et cogitationib⁹
 tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.
Annunciaui et locutus
 ſum: multiplicati ſunt ſuper
 numerum. **S**acrificium et
 oblationē noluiſti: aures au-
 tē perfeciſti mihi. **O**locu-
 ſtum ⁊ pro peccato nō poſtu-
 laſti: tūc dixi ecce vento **I**n
 capite libri ſcriptū eſt de me
 vt facerem voluntatem tuā:
 deus meus volui ⁊ legē tuā
 in medio cordis mei. **A**nnū-
 ciaui iuſtitiam tuam in eccle-
 ſia magna: ecce labia mea
 non phibebo domine tu ſci-
 ſti. **I**uſtitiam tuam nō abſ-
 condi in corde meo: verita-
 tem tuam ⁊ ſalutare tuū dixi.
Non abſcondi miſericor-
 diam tuam ⁊ veritatē tuam:
 a conſilio multo. **Q**u autem
 dñe ne longe facias miſera-
 tiones tuas a me: miſericor-
 dia tua ⁊ veritas tua ſemper
 ſuſceperunt me. **Q**uoniam
 circūdederunt me mala q̄-
 rum non eſt numerus: com-
 prehenderunt me iniquita-
 tes mee: et non potui vt vi-
 derē. **M**ultiplicate ſunt ſup
 capillos capitis mei: et cor
 meū dereliquit me. **C**ōpla-
 ceat tibi dñe vt eruas me: do-
 mine ad adiuvandū me re-
 ſpice. **C**onfundantur et re-
 uereantur ſimul: qui querūt
 animā meā vt auferant eaz.
Huertantur retroſum et
 reuereantur: qui volūt mihi
 mala. **H**erant confeſſim cō

fusiones suā: qui dicūt mihi euge euge. **E**rulent z letetur super te oēs q̄retes te: et dicant semp magnificet dominus qui diligit salutare tuum. **E**go autē mēdicus sum et pauper: dñs sollicitus est mei. **A** diutor me⁹ z protector: meus tu es: de⁹ meus ne tardaueris. **Psalm. In. xl.**
An At non delinquam in lingua mea. **Psalm. xl.**
Beatus q̄ intelligit super egenus z pauperē: in die mala liberabit eū dñs. **D**ominus conferuet eum z viuificet eū: z beatū faciat eū i terra: z non tradat eū in animas inimicorū eius. **D**ñs opem ferat illi super lectū doloris eius: vniuersam stratū eius versasti in infirmitate eius.
Ego dixi dñe miserere mei: sana animā meā quia peccati tibi. **I**nimici mei dixerūt mala mihi: quādo moxerur et peribit nomen eius. **E**t si ingrediebas vt videret vana loquebas: cor eius cōgregauit iniquitatē sibi. **E**grediebas foras: z loquebas in idipsum. **A**duersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabāt mala mihi. **V**erbū iniquū constituerūt aduersum me: nun

quid qui dormit nō adiciet vt resurgat? **E**tenim hō paucis mee i quo speraui: q̄ edebat panes meos magnificauit sup me supplantationes.
Tu autē dñe miserere mei: z resuscita me z retribuas eis.
In hoc cognoui qm̄ voluisti me: qm̄ non gaudebit inimicus me⁹ sup me. **M**e autē propter innocentia susceperisti: z confirmasti me in cōspectu tuo in eternū. **B**enedictus dñs deus israel a seculo et i seculū: fiat fiat. **Psalm. p. rli.**
Quādamodum desiderat ceruus ad fontes aquarū: ita desiderat aīa mea ad deū fontē vitium: quādo veniam z apparebo ante facie dei. **H**uēst mihi lachry me mee panes die ac nocte: dū dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus. **N**ec recordatus sum z effudi in me aīam meā: quoniā trāsibo in locū tabernaculi amirabilis vsq; ad domū dei. **I**n voce exultationis z cōfessionis: sonus epulātis. **Q**uare tristis es aīa mea: z quare conturbas me? **S**pera i deo qm̄ adhuc confitebor illi: salutare vultus mei z de⁹ me⁹. **A**d me ipsum aīa mea cōturbata ē:

propterea memor ero tui de terra iordanis et hermonu a mote modico. **A**bylus a bysluz inuocat: i voce catha ractaru tuaru. **O**ia excelsa tua et fluctu tui: sup me traserunt. **I**n die madauit dñs miam suam: et nocte canticu eius. **A** pud me oio deo vite mee: dicam deo susceptor meus es. **Q**uare oblitus es mei: et quare contristatus incedo du affligit me inimicus? **D**u confringunt ossa mea exprobrauerunt mihi: qui tribulant me inimici mei. **D**u dicunt mihi per singulos dies vbi est deus tuus: quare tristis es anima mea et quare conturbas me? **S**pa i deo quonia adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus. **O**ia. **A**n. Sana dñe animam meam qa peccaui tibi. **P. xli.**

Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso erue me. **Q**uia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti et quare tristis incedo du affligit me inimicus? **E**mitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt et adduxerunt in motum sanctum tuum et in tabernacula tua. **E**t introibo ad

altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meam. **C**onfitebor tibi in cithara deus meus: quare tristis es anima mea et quare conturbas me? **S**pera in deo quonia adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus. **Ps. xliii.**

Deus auribus nostris audiuimus: presens non firmi annuclauerit nobis. **O**pportet quod operatus es in diebus eorum: et in diebus antiquis. **M**an tua geres disperdidit et plaustrasti eos: afflixisti populos et expulisti eos. **N**ec enim in gladio suo possiderunt terram: et brachium eorum non saluauit eos. **S**ed dextera tua et brachium tuum et illuminatio vultus tui: quonia complacuisse in eis. **T**u es ipse rex meus et deus meus: qui mandas salutes iacob. **I**n te inimicos nostros vertilabimur: commur in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. **N**on enim in arcu meo sperabo: et gladius meus non saluabit me. **S**aluasti enim nos de affligentibus nos: et odientes nos confundisti. **I**n deo laudabimur tota die: et in nomine tuo confitebimur in seculum. **Q**uonia autem repulisti et confundisti nos: et non egredieris in virtutibus

nis. **A**uertisti nos retro: sū post inimicos nros: & qui oderūt nos diripiebāt sibi. **D**edisti nos tāq̄ oues esca rū: & in gentibus dispersisti nos. **T**endidisti populū tuū sine p̄ctō: & nō fuit multitudo in cōmutationib⁹ eorū. **D**osuisti nos opprobriū vicinis nostris: subsānatiōnē & derisū his q̄ sūt ī circuitu nostro. **D**osuisti nos in similitudinē gentibus: cōmōtionem capitis in populis. **T**ota die verecundia mea cōtra me est: et cōsilio faciei mee cooperuit me. **A**voce exprobrātis et obloquentis: a facie inimici & perseqn̄tis. **N**ec oīa venerunt super nos: nec obliti sumus te et si que nō egimus in testamēto tuo. **E**t nō recessit retro cor nostrū: & declinasti semitas nostras a via tua. **Q**m̄ humiliasti nos in loco afflictionis: & cooperuit nos vmbra mortis. **S**i obliti sumus nomen dei nostri: & si expandimus man⁹ nostras ad deū alienum: **N**ōne deus requireret ista: ipse enim nouit abscondita cordis. **Q**uoniam propter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisiōis. **E**xurge q̄re

obdozms dñe: exurge & ne repellas in sinē. **Q**uare faciē tuā auertis: obliuisceris inopie nostre & tribulatiōis nostre? **Q**m̄ hūilitata est in puluere aīa nostra: conglutinat⁹ est in terra venter noster. **E**xurge domie adiua nos: et redime nos propter nomen tuū. **Gl̄ia. ps. xliii.**
Exultauit cor meū verbum bonum: dico ego opa mea regi. **F**igua mea calam⁹ scribe: velociter scribētis. **S**peciosus forma p̄ filiis hōim: diffusa est gr̄a ī labiis tuis: propterea bñdixit te deus in eternum. **A**ccingere gladio tuo: sup femur tuū potētissime. **S**pecie tua & pulchritudinē tua: intēde prospere procede et regna. **P**ropter veritatē & mansuetudinē & iustitiam: & deducet te mirabilis dextera tua. **S**agitte tue acute: populi sub te cadent in corda inimicorum regis. **S**edes tua deus in seculū seculi: virga directionis virga regni tui. **D**ilexisti iustitiā et odisti iniquitatē: propterea venit te deus deus tuus oleo letitie p̄ consortibus tuis. **M**yrtha & gutta & casia a vestimētis tuis a domibus eburne:

is: ex quibus delectauerit te
 filie regum in honore tuo. **H** sit
 regina a dextris tuis in ve
 situ deaurato: circumdata va
 rietate. **A**udi filia et vide et
 inclina aurem tuam et obli
 uiscere populum tuum et domum
 patris tui. **E**t concupiscet
 rex decozem tuam: quoniam ipse est
 dominus deus tuus et adorabunt
 eum. **E**t filie tyri in muni
 bus: vultum tuum deprecabunt
 omnes diuites plebis. **O**is glo
 ria eius filie regis ab intus:
 in simbris aureis circumami
 cta varietatibus. **A**dduce
 tur regi virgines post eam: p
 rime eius afferent tibi. **A**fferent
 in letitia et exultatione:
 adducentur in templum regis.
Pro patribus tuis nati sunt
 tibi filii: constitues eos prin
 cipes super omnem terram. **M**e
 mor ero nominis tui domine: in om
 ni generatione et generatio
 ne. **P**ropterea populi confi
 tebuntur tibi in eternum: et in se
 culum seculi. **G**loria patri. **A**n.
 Eructauit cor meum verbum
 bonum. **A**n. Alleluia. **iii.**
Capm. i. **A**d corinthios. xvj.

Agilate et state in fide:
 viriliter agite et confortamini:
 omnia vestra in charitate
 fiant. **D**eo gratias. **S**.
 Sedes tua deus in seculum

seculi? Virga directiois vir
 ga regni tui? **I**kyrieleison.
Christe eleison. **I**kyrieleison.
Pater noster. **E**t ne nos in
 ducas. **S**ed libera nos a ma
 lo. **D**ominus vobiscum? **E**t
 cum spiritu tuo? **O**ratio.

Salua nos opus deus:
 et lucem nobis concede pro
 petuam. **E**t famulos tuos ab
 omni aduersitate custodi: per
 dominum nostrum iesum christum filium
 tuum: qui te. vi. et reg. in unita
 te spiritus sancti deus. **P**er
 omnia secula seculorum? **A**men
Dominus vobiscum? **B**enedicam
 domino? **C**ad laud. **ds. l.** **A**d
 ferere. **ds. v.** **V**erba. **p. xxxv.**
Dixit iniustus. **C**anticum
elae. **C**onfitebor. **ds. cxlviii.**
Laud. **A**n. **A**diferere mei.

Or. **C**p. **A**d ro. xiiij.
Precellit dies autem ap
 propriabit abiciamus ergo
 opa tenebrarum et induamur
 arma lucis: sic ut in die hone
 ste ambulemus. **D**eo gratias. **S. v.**
ve. **D**ie in celo **A**bia tua. **S.**
Et vitas tua usque ad nubes
Adiferi. **H**ymnus. **S**plen
 dor. **S.** **I**n matutinis domi
 ne meditabor in te? **Q**ui tu
 si adiutor meus? **A**d huius.
An. **B**enedictus deus israel
Oratio dicalis. **C** **F**eria
iii. **a**d noct. **I**nnuntatorum. **I**n

bilemus deo Salutarī no-
stro. *ps. Venite. lxxv. Eter-
ne rerum. Psalmus. xlv.*



Deus noster refugi-
um et virtus: adiu-
tor in tribulationi-
bus que inuenerunt
nos nimis. Propterea non
timebimus dum turbabitur ter-
ra: et transferentur montes in
cor maris. **B**onuerunt et turbate
sunt aequae eorum: conturbati sunt
montes in fortitudine eius.
Aluminis impetus letificat
cruentate dei: sanctificauit ta-
bernaculum suum altissimus.
Deus in medio eius non com-
monebit: adiuuabit eam deus
mane diluculo. **C**onturba-
te sunt gentes et inclinata sunt
regna: dedit vocem suam mo-
ta est terra. **D**ominus virtutum
nobiscum: susceptor noster de-
us iacob. **V**enite et videte
opera domini que posuit prodigia
super terram: auferens bella us-
que ad finem terre. **R**ecum conte-
ret et confringet arma: et scu-
ta comburet igni. **N**acate rui-
dete quoniam ego sum deus: exal-
tabor in gentibus et exaltabor in
terra. **D**ominus virtutum nobiscum:
susceptor noster deus iacob.
Gloria patri. *ps. clvi.*
Ones gentes plaudite
deum in voce exultationis. **Q**ui
dominus excelsus: terribilis:
rex magnus super omnem ter-
ram. **S**ubiecit populos nobis:
et gentes sub pedibus nostris.
Elegit nobis hereditatem su-
am: speciem iacob quem dilexit
Ascendit deus in iubilo: do-
minus in voce tubae. **P**sal-
lite regi nostro psallite: psalli-
te deo nostro psallite: psalli-
te regi nostro psallite. **Q**ui
rex omnis terre deus: psallite
sapienter. **B**egnabit deus
super gentes: deus sedet su-
per sedem sanctam suam. **P**ri-
ncipes populorum congregati
sunt cum deo abraham: quoniam di-
uites terre vehementer ele-
uati sunt. **G**loria. **A**n. **A**diu-
tor in tribulationibus. *ps. cxvii.*
Magnus dominus et lauda-
bilis nimis: in ciuita-
te dei nostri in monte sancto
eius. **F**undat exultatione
vniuersae terre: mons sion la-
tera aqlonis ciuitas regis
magni. **D**eus in domibus
eius cognoscat: cum suscipiet
eam. **Q**ui ecce reges congre-
gati sunt: conuenerunt in vnum
Ipsi videntes sic ammirati
sunt: conturbati sunt commoti
sunt: tremor apprehendit eos.
Ibi dolores vt parturientis:
in spiritu vehementer coterent
naues tharhis. **S**icut audi-

animus sic videmus in ciuitate
 te domini virtutū i ciuitate
 dei nostri: deus fundauit eā
 in eternum. **A**scipim⁹ de-
 us miā tuam: in medio te-
 pli tul. **S**cđm nomen tuum
 deus sic et laus tua in fines
 terre: iustitia plena est dexte-
 ra tua. **R**etur mons sion
 et exultent filie iude: ppter
 iudicia tua dñe. **C**ircūdate
 sion et complectimini eam;
 narrate i turribus ei⁹. **P**o-
 nite corda vestra in virtute
 eius: et distribuite domos
 eius vt enarretis in proge-
 nie altera. **Q**m hic est deus
 deus noster in eternum ⁊ in
 seculū seculi: ipse reget nos
 in secula. **G**loria pfi. **p. xviii.**
Aditte hec oēs gen-
 tes: auribus percipi-
 te oēs qui habitatis orbem.
Quiq; terrigene et filij ho-
 minū: simul i vnum diues ⁊
 pauper. **O**s meū loquet sa-
 pientiā: et meditatio cordis
 mei prudentiā. **I**nclinabo
 in parabolā aurē meā: ape-
 riam in psalterio propositio-
 nē meā. **Q**ur timebo in die
 mala: iiquitas calcanei mei
 circundabit me. **Q**ui confi-
 dunt in virtute sua: ⁊ in mul-
 titudine diuitiarū suarū glo-
 riantur. **F**rater non redi-

mit redimet homo: non da-
 bit deo placationem suam.
Et precium redemptionis
 anime sue: ⁊ laborabit i eter-
 num ⁊ viuet adhuc in finem
Non videbit interitum cuz
 viderit sapientes morietes:
 simul insipies ⁊ stultus peri-
 bunt. **E**t relinquent alienis
 diuitias suas: et sepulchra
 eorum domus illorū in eter-
 num. **T**abernacula eorum
 in progenie et progenie: vo-
 cauerunt nomina sua in ter-
 ris suis. **E**t homo cū in ho-
 noze esset non intellexit: cō-
 paratus est iumentis insipi-
 entibus: ⁊ similis factus est
 illis. **N**ec via illorum scan-
 dalum ipsis: et postea in ore
 suo pplacebūt. **S**icut oves
 in inferno positi sunt: mors
 depascet eos. **E**t domina-
 buntur eorum iustū i matutinis
 et auxilium eorū veterascet
 in iferno a gloria eorū. **V**e-
 runt amē deus redimet ani-
 mam meā de manu inferi:
 cū acceperit me. **N**e time-
 ris cum diues factus fuerit
 homo: et cum multiplicata
 fuerit gloria domus eius.
Qm cum interierit non su-
 met omnia: neq; descendet
 cum eo gloria eius. **Q**z ani-
 ma eius iuxta ipsius bene-

A. j.

dicetur: confitebitur tibi cū
 bñfeceris ei. **I**ntrabit vsq̃
 in progenies patrum suoz: vsq̃
 in eternū nō videbit lumē.
Homo cum in honore
 esset nō intellexit: p̃paratus
 est iumētis insipientibus: et
 similis fact⁹ est illis. **G**loria.
An̄. Magnus dñs et lauda
 bills nimis. **Psalmus. xlii.**
Deus deozū dñs locu
 tus est: vocauit frā.
A solis ortu vsq̃ ad occasū:
 ex sion species decoris eius
 de⁹ manifeste ueniet: deus
 n̄ z nō silebit. **I**gnis ī pspe
 ctu ei⁹ erardescet: z ī circui
 tu ei⁹ tēpestas valida. **A**d
 uocauit celū desursus: z ter
 rā discernere populum suū.
Congregate illi sc̄tōse i⁹: q̃
 ordinant testamentū ei⁹ sup
 sacrificia. **E**t annūciabunt
 celi iustitiā eius: qm̄ de⁹ ius
 dex est. **H**udi populus me
 us z loquar: israel z testifica
 bor tibi: de⁹ deus tuus ego
 sum. **N**on ī sacrificijs tuis
 arguā te: olocausa autē tua
 in conspectu meo sunt semp
Non accipias de domo tua
 vitulos: neq̃ de gregib⁹ tu
 ts hircos. **Q**uī mee sūt oēs
 tere s̄ luaz: iumēta in mōti
 bus z bouea. **C**ognouit oīa
 volatilia celi: z pulchritudo

agri meuz est. **S**i esuriero
 nō dicā tibi: meus est em̄ oz
 bis terre et plenitudo eius.
Nunq̃d māducabo carnes
 tauroz: aut sanguinē hircoz
 rum potabo? **I**mmola deo
 sacrificiū laudis: z redde al
 tissimo vota tua. **E**t inuoca
 me in die tribulatiōis: eruā
 te z honorificabis me. **D**ec
 catōzi aut̄ dixit deus quare
 tu enarras iustitias meas: z
 assumis testamētū meū per
 os tuum? **T**u uero odisti di
 sciplinā: et proiecisti sermo
 nes meos retrosum. **S**i uī
 debas furē currebas cū eo:
 et cū adulteris portione tuā
 ponebas. **O**s tuū abunda
 uit malicia: z lingua tua con
 cinnabat dolos. **S**edens ad
 uersus fratrem tuum loqueba
 ris: et aduersus filiū matris
 tue ponebas scandaluz: hec
 fecisti et tacuisti. **C**ristimasti
 huique q̃ ero tui similis: ar
 guā te et statuā contra faciē
 tuā. **I**ntelligite hec q̃ obli
 uiscimini deū: neq̃m rapiat z
 nō sit q̃ eripiat. **S**acrificiuz
 laudis honorificabit me: et
 illic iter quo ostēdam illi sa
 lutare dei. **G**loria patri. **ps. l.**
Miserere mei de⁹: sc̄bz
 magnā miāz tuā. **E**t
 sc̄bz multitudinē miseratio

nū tuarū: dele iniquitatē meā.
Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me. **Q**uoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper. **T**ibi soli peccauit et malum coram te fecit: ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. **E**cce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis conceptus me mater mea. **E**cce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientie tue manifestasti mihi. **A**sperges me hyssopo et mundabor: lauabis me et super niuem dealbabor. **A**uditui meo dabis gaudium et letitiam: et exultabunt ossa humiliata. **A**uerte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele. **C**or mundum crea in me deus: spiritum rectorum in noua viscera meis. **N**e pericias me a facie tua: et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. **R**edde mihi letitiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me. **D**ocebo liquos vias tuas: et impii ad te conuertentur. **L**ibera me de sanguinibus deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iustitias tuas. **D**omus labia mea aperies: et os meum annuntiabit laudem tuam. **Q**uoniam

si voluisses sacrificium dedissem: utique: olocastis non delectaberis. **S**acrificium deo spiritus tribulatus: cor contritum et humilitatum deus non despicies. **B**enigne fac domine in bona voluntate tua sion: ut edificentur muri iherusalem. **T**unc acceptabis sacrificium iustitie oblationes et olocastis: tunc imponent super altare tuum vitulos. **G**loria. **ps. li.**
Quid gloriaris in malicia: quod potes es in iniquitate? **T**oradie iniustitiam cogitauit lingua tua: sicut nauacula acuta fecisti dolum. **D**ilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatem magis quam loqui equitatem. **D**ilexisti omnia verba precipitationis: lingua dolosa. **P**ropterea deus destruet te in finem: euellet te et emigrabit te de tabernaculo tuo: et radicem tuam de terra viventium. **T**idebunt iusti et timebunt: et super eum ridebunt et dicent: ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum. **S**ed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: et preualuit in vanitate sua. **E**go autem sicut oliua fructifera in domo dei: speraui in misericordia dei in eternum et in seculum seculi. **C**onfitebor tibi in seculum.

lum quia fecisti: et expecta-
bo nomen tuum quonia bonu
in cōspectu scōrū tuor.

Gloria p̄ri. **An.** Deus deorū
dñs locutus est. **z.** Immola
deo sacrificium laudis: Et
redde altissimoyota tua. **Le**
ctio breuis Proverbi iorū. 3.

Domin⁹ sapiētia fun-
davit terram: stabili-
uit celos prudentia. Sapiē-
tia illius eruperunt abissi: z
nubes rore cōcreverunt. Tu
autem dñe miserere nostrū.

S. breue. Deus in nomine
tuo Saluum me fac dñe. **z.**
Et in virtute tua libera me.
Saluū me fac dñe. **In se**
culo nocturno. Psalm⁹. lii.



Dixit insipiens i
corde suo: non
est de⁹. **C**orru-
pti sunt et abo-
minabiles facti
sunt in iniquitatibus: non est
qui faciat bonus. **D**eus de
celo prosperit sup filios ho-
minū: vt videat si est intelli-
gens aut requirens deum.

Omnes declinauerunt si-
mul inutiles facti sunt: non
est qui faciat bonum: non est
vsq; ad vnus. **N**omme scient
oēs qui operantur iniquita-
tem: q; deuorant plebē meas:
vt cibū panis. **D**eū non in-

uocauerunt: illic trepidaue-
rūt timore vbi nō fuit timor.

Quā de⁹ dissipauit ossa eo-
rum qui hominibus placēt:
cōfusi sunt qm̄ deus spreuit
eos. **Q**uis dabit ex sion sa-
lutare israel: cum conuerte-
rit deus captiuitatē plebis
sue: exultabit iacob z letabi-
tur israel. **G**loria. **ps. liii.**

Deus in nomine tuo
saluū me fac: z in vir-
tute tua iudica me. **D**e⁹ ex-
audi orationem meam: auri-
bus percipe verba oris mei

Quoniam alieni insurrexe-
runt aduersum me: z fortes
quesierunt animā meam: et
non proposuerunt deū ante
conspectum suū. **E**cce enī
deus adiuuat me: et domi-
nus susceptor est anime mee

Auerte mala inimicis me-
is: et i veritate tua disperde
illos. **V**oluntarie sacrificā
bo tibi: z confitebor nomini
tuo dñe quoniam bonus est.

Quoniam ex omni tribula-
tione eripuisi me: z sup ini-
micos meos desperit ocu-
lus meus. **G**loria. **In. xi. an.**
Auertat dñs captiuitatem
plebis sue. **Psalmus. liiii.**

Audi deus orationē
meā: z ne despereris
deprecationē meā: intende

mihi ⁊ exaudi me. **C**ontri-
 status sum in exercitatione
 mea: et conturbatus sum a
 voce inimici ⁊ a tribulatione
 peccatoris. **Q**uonia decli-
 nauerūt in me iniquitates:
 et in ira molesti erant mihi.
Cor meum conturbatū est
 in me: ⁊ formido mortis ce-
 cidit sup me. **T**imor et tre-
 mor uenerūt super me: ⁊ cō-
 ternerūt me tenebie. **E**t di-
 xi quis dabit mihi pennas
 sicut columbe: ⁊ uolabo ⁊ re-
 quiescā. **E**cce elongaui fu-
 giens: et mansi i solitudine.
Expectabā euz q saluū me
 fecit: a pusillanimitate spiri-
 tus ⁊ tempestate. **P**recipi-
 ta dñe dīpide linguas eozū:
 qm̄ uidi iniquitatē ⁊ cōtradi-
 ctionem in ciuitate. **D**ie ac
 nocte circumdabit eaz super
 muros eius iniquitas: ⁊ la-
 bor in medio eius et iniusti-
 tia. **E**t non defecit de plate-
 is ei⁹: usura ⁊ dolus. **Q**uo-
 niam si inimicus meus ma-
 ledixisset mihi: sustinuissem
 utiq. **E**t si is qui oderat me
 super me magna locutus fu-
 isset: abscondissem me forsi-
 tan ab eo. **T**u uero homo
 vnanimis: dux meus et no-
 tus meus. **Q**ui simul mecū
 dulces capiebas cibos: in

domo dei ambulauimus cū
 consensu. **T**entat mors sup
 illos: et descendant in infer-
 num uiuentes. **Q**uonia ne-
 quitie in habitaculis eozū:
 in medio eozū. **E**go autē
 ad deum clamaui: et domi-
 nus saluauit me. **E**spere ⁊
 mane et meridie narrabo et
 annuntiabo: et exaudiet uo-
 cem meam. **R**edimer in pā-
 ce animas meam ab his qui
 appropinquant mihi: quo-
 niam inter multos erant me-
 cum. **E**xaudiet deus ⁊ hu-
 miliabit illos: qui est ante se-
 cula. **N**on em̄ est illis com-
 mutatio et non timuerunt
 deum: extendit manum suā
 in retribuendo. **C**ontami-
 nauerunt testamētum eius:
 diuisi sunt ab iravultus ei⁹:
 et appropinquauit cor illi⁹.
Molliti sunt sermones ei⁹
 super oleum: ⁊ ipsi sunt iacu-
 la. **I**acta super dominū cu-
 ram tuam ⁊ ipse te enutriet:
 et non dabit in eternum flu-
 ctuationem iusto. **T**u uero
 deus: deduces eos in puteū
 interitus. **T**ri sanguinum
 et dolosi non dimidiabunt
 dies suos: ego aut sperabo
 in te domine. **G**loria. **ps. lv.**
Quiescere mei de quo-
 niam conculcauit me

homo: tota die impugnans
tribulauit me. **O**culcaue-
rūt me inimici mei tota die:
quoniā multi bellantes ad-
uersum me. **A**b altitudine
diei timebo: ego vero in te
sperabo. **I**n deo laudabo
sermōnes meos: in deo spe-
raui non timebo quid faciat
mihi caro. **V**ota die verba
mea excrebantur: aduer-
sum me omnes cogitationes
eorum in malum. **I**nhabi-
tabunt et abscondent: ipsi cal-
caneum meum obseruabūt.
Sicut sustinuerunt animas
meam pro nihilo saluos fa-
cies illos: in ira populos cō-
fringes. **D**eus vitam meā
annuntians tibi: posuisti la-
chrymas meas in cōspectu
tuo. **S**icut et in promissione
tua: tunc conuertentur ini-
mici mei retrorsus. **I**n qua
cunq; die inuocauero te: ec-
ce cognoui quoniā de^s me^s
es. **I**n deo laudabo verbū:
in domino laudabo sermo-
nem: in deo speraui nō time-
bo quid faciat mihi homo.
In me sunt deus et vota tua:
que reddam laudationes tibi.
Quoniam eripuisti ani-
mam meā de morte: et pe-
des meos de lapsu: vt pla-
ceam coram deo in lumine

vinentium. **G**loria pa. **A**n.
Intende in me et exaudi me
domine. **Psalmus. lvi.**

Miserere mei deus mi-
serere mei: quoniam
in te confidit anima mea.

Et in vmbria alarum tuarū
speraui: donec transeat ini-
quitas. **C**lamabo ad deum
altissimum: deum qui bene-
fecit mihi. **M**isit de celo et
liberauit me: dedit in oppro-
brium conculcantes me.

Misit deus misericordiam
suam et veritatē suam: et eri-
puit animā meam de medio
catuloꝝ leonū: dormiui cō-
turbatus.

Hilis hominum
dentes eorum arma et sagit-
te: et lingua eorum gladius
acutus. **E**xaltare sup celos
deus: et in omni terra gloria
tua.

Daqueū parauerūt pe-
dibus meis: et incuruauerūt
aīam meā. **H**oderūt aīe fa-
cie meā foueā: et inciderunt
in eā. **G**ratū cor meū de^s
paratū cor meū: cantabo et
psalmū dicam. **E**xurge glo-
ria mea exurge psalteriū et
cithara: exurgam diluculo.

Confitebo: tibi in populis
dñe: et psalmū dicam tibi in
gentibus. **Q**m magnifica-
ta est vsq; ad celos mia tua:
et vsq; ad nubes veritas tua.

Exaltare super celos deus: **E**rripe me de operantibus inquitatem: et de viris sanguinum et super omnem terram gloria tua. **psalmus. lvi.**

Sed vere utique iustitia loquimini: recte iudicate filii hominum. **E**tenim in corde iniquitates operamini in terra: in iustitias manus vestre concitant. **A**lienati sunt peccatores a vulua: errauerunt ab utero: locuti sunt falsa. **H**uiusmodi illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis furde et obturantibus aures suas. **Q**ue non exaudiet vocem in cantatum: et venefici incantantibus sapienter. **D**eus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet dominus. **A**d nihilum deveniet tanquam aqua decurrens: intedit arcum suum donec infirmetur.

Sicut cera que fluit auferent: supercedit ignis et non videntur soli. **P**riusquam intelligerent spiritus vestre rhannum: sicut viventes sic in ira absorbet eos. **R**etabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas lavabit in sanguine peccatoris. **E**t dicet homo superstitiosus est fructus iusto: utique est deus iudicans eos in terra. **ps. lvi.**

Erripe me de inimicis meis deo meo: et ab insurgentibus in me libera me.

Erripe me de operantibus inquitatem: et de viris sanguinum salua me. **Q**uia ecce cepit animam meam: irruerunt in me fortes. **N**eq; iniquitas mea neque peccatum meum domine: sine iniquitate cucurri et direxi. **E**xurge in occursum meum et vide: et tu domine deo virtutum deo israel. **I**ntende ad visitandas omnes gentes: non miserearis omnibus qui operant iniquitatem.

Convertetur ad vesperam et famem patientem ut canes: et circumbunt civitatem. **E**cce loquetur in ore suo: et gladii in labiis eorum: quoniam quis audivit? **E**t tu domine deridebis eos: ad nihilum deduces omnes gentes.

Hortitudinem meam ad te custodiam: quia deus susceptor meus: deus meus misericordia eius perveniet me. **D**eus ostendit michi hi super inimicos meos ne occidas eos: nequando oblitiscantur populi mei. **D**ispoge illos in virtute tua: et depone eos protector meo domine

Delictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum: et comprehendatur in superbia sua. **E**t de exeratione et mendacio annuntiabuntur in consummatione: in ira consummationis et non erunt. **E**t scient: quia deo desinabitur iacob et si

nſū terre. **C**onuertentur ad
 vespērā et famē patiētur vt
 canes: z circūbūt ciuitatez
Ipsi dispergent ad mandu
 candū: si vero non fuerint sa
 turati z murmurabūt. **E**go
 aut cātabo fortitudinē tuā:
 z exultabo mane miām tuā.
Quia factus es susceptor
 meus: z refugiū meū in die
 tribulationis mee. **A**diu
 tor: meus tibi psallam: quia
 deus susceptor: meus es: de
 us meus miā mea. **G**loria.
An. Iuste iudicate filiū hoīz
An. Alleluia allā allā. **Ep.**
vt̄s sc̄s. Vigilate. **D**eus vi
 taz meā annūciaui tibi: **D**o
 suisti lachrymas meas in cō
 spectu tuo? **Oratio.**
Salua nos op̄s deus:
 z lucem nobis concede per
 petuā. Et fa? **Ad laudes.**
ps. i. Misere mei de? **ps.**
xlvi. Iudica. **ps. lvi.** Misere
 re mei de? misere mei. **Lā**
ti. Ego dixi. **p. cxlviii.** Lau
 date. **An.** Tibi soli peccauit
 dñe misere mei. **Lapm.**
Rox precessit. **R. breue.** Mi
 serere mei deus. Misere
 mei. **R.** Quoniam in te con
 fidit anima mea. Misere
 mei. **Hymnus.** Splendor pa. **R.**
In matutinis. **Ad bñ? an.**
 Custodit z fecit redēptionē

dñis plebis sue. **Or̄o dñica:**
lis. **Feria. iiii. ad noc.** **In**
uitatorū. In manu tua dñe
 omnes fines terre. **ps. Ve**
nite. **Hymn? Eterne.** **p. lix.**



Eus repulisti nos
 et destruxisti nos:
 iratus es z miser
 tus es nobis. **C**ō
 mouisti terrā z conturbasti
 eā: sana contritiones ei? q̄a
 commota est. **O**stendisti po
 pulo tuo dura: potasti nos
 vino cōpunctionis. **D**edisti
 metuētibus te significatio
 nē: vt fugiant a facie arcus.
Quod liberens dilecti tui: sal
 uū fac dextera tua z exaudi
 me. **D**eus locutus est in s̄a
 cto suo: letabor z partibor si
 chimā: z conuallē taberna
 culozum metibor. **D**eus ē
 galaad et me? est manasses:
 et effraim fortitudo capitis
 mei. **I**uda rex meus: moab
 olla spei mee. **I**n idumeam
 extendam calciamētū meū:
 mihi alienigene subditi sūt
Quis deducet me in ciuita
 tem munitaz: quis deducet
 me vsq; in idumeā? **D**onne
 tu deus qui repulisti nos et
 non egredieris de? i virtuti
 bus nostris. **D**a nobis au
 rilū de tribulatione: z vana
 salus hoīs. **I**n deo faciem?

virtute: et ipse ad nihilū de-
 ducet tribulantes nos. **G**loria patri. **Psalm⁹. lx.**
Audi deus deprecationē meā: intende orationi mee. **A** sinibus terre ad te clamaui dum anxietate cor meum: in petra exaltasti me. **D**eduxisti me quia factus es spes mea: turre fortitudinis a facie inimici. **I**n habitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarū tuarū. **Q**uoniam tu deus meus exaudisti orationes meas: dedisti hereditatem timentibus nomen tuū. **D**ies super dies regis adicies: annos eius usque in diem generationis et generatiōis. **P**ermanet in eternū in conspectu dei: miā et veritatē eius quā requirit. **S**ic psalmum dicā noi tuo in seculū seculi: ut reddā vota mea de die in diem. **G**loria. **an.** Da nobis dñe auxiliū de tribulatione. **Psalm⁹. lxx.**
Quoniam deo subiecta erit anima mea: ab ipso enim salutare meum. **Q**uoniam et ipse deus meus et salutaris meus: susceptor meus non mouebor amplius. **Q**uoniam irruit in hostem: interficitis vniuersi vos: tanquā parietem

clinato et macerie depulso: **V**erū tamen precium meum cogitauerunt repellere: cucurri in siti: ore suo bñdicerant et corde suo maledicebant. **V**erū tamen deo subiecta esto aīa mea: quoniam ab ipso patientia mea. **Q**uia ipse deus meus et saluator meus: adiutor meus non emigrabo. **I**n deo salutare meum et gloria mea: deus auxili mei et spes mea in deo est. **S**perate in eo oīs congregatio populī: effundite corā illa corda vestra: deus adiutor noster in eternum. **V**erū tamen vani filii hominū: mendaces filii hominū et stater: ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum. **N**olite sperare in iniquitate: et rapinas nolite concupiscere: diuitie si affluant nolite cor apponere. **S**emel locutus est deus duo hec audiui: quoniam potestas dei est et tibi domine misericordia quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua. **G**loria patri. **D**eus deus **ps. lxxi.**
Deus: ad te de luce vultus glorio. **S**ituit in te aīa mea: quoniam multiplici tibi caro mea. **I**n terra deserta muta et in aquosa sic in sancto apparuit tibi: ut videre virtutem tuā

et gl'iam tuā. **Q**m̄ melior est
mia tua sup vitas: labia mea
laudabunt te. **S**ic benedicā
te in vita mea: et in nomine
tuo leuabo man⁹ meas. **S**i-
cut adipe ⁊ piguedine reple-
atur anima mea: ⁊ labiis ex-
ultationis laudabit os meū.

Sic memor fui tui sup fra-
tum meū in matutinis medi-
tabor in te: quia fuisti adiu-
tor meus. **E**t in velamento
alarū tuarū exultabo: adhe-
sit aīa mea post te: me susce-
pit dextera tua. **I**psi vero i-
uanū quiesierūt antinā meas:
introibunt in inferiora terre:
tradent in manus gladii par-
tes vulpiū erunt. **R**ex vero
letabitur in deo: laudabun-
tur omnes qui iurant in eo:
quia obstructus est os loquē-
tium iniqua. **Psalmus. lxxiii.**

Exaudi deus orationē
meā cū deprecor: a ti-
more inimici eripe aīam me-
am. **P**otexisti me a cōuētū
malignatū: a mltitudine ope-
rantū iniquitatem. **Q**uā exa-
cuerunt vt gladium linguas
suas: intenderunt arcum rez
amaram: vt sagittent in oc-
cultis immaculatum. **S**ubi-
to sagittabunt eum et nō ti-
mebunt: firmauerunt sibi ser-
monem neq̄. **N**arrauerunt

vt absconderēt laqueos: dī-
xerūt q̄s videbit eos: **S**er-
tati sunt iniquitates: defece-
runt scrutantes scrutinio.
Accedet homo ad cor altū:
et exaltabitur deus. **S**agittas
te paruulorum: facte sūt pla-
ge eorū: ⁊ infirmate sunt cō-
tra eos lingue eorum. **C**on-
turbati sunt omnes qui vide-
bant eos: ⁊ timuit omnis ho-
mo. **A**nnunciauerunt ope-
ra dei: et facta eius intellexe-
runt. **L**etabitur iustus i do-
mino et sperabit in eo: ⁊ lau-
dabuntur omnes recti cor-
de.

De. Psalmus. lxxiii.
De decet hymn⁹ de⁹
in sion: et tibi reddet votum
in hierusalem. **E**xaudi ora-
tionem meā: ad te oīs caro
veniet. **V**erba iniquorū pre-
ualuerunt super nos: ⁊ ipie-
tatis nostris tu propitia-
beris. **B**eatus quem elegis-
ti ⁊ assumpsisti: inhabitabit
in atris tuis. **R**eplebimur
in bonis domus tue: sanctū
est tēplū tuū mirabile in eq̄-
tate. **E**xaudi nos deus salu-
taris noster: spes omnū finū
um terre ⁊ i mari lōge. **P**re-
parans montes in virtute
tua accinctus potentia: qui
conturbas profundum ma-
ris sonum fluctū ei⁹. **T**ur-

babuntur gētes ⁊ timebunt
qui habitant terminos a si-
gnis tuis: exit⁹ matutini et
vespere delectabis. **V**isita-
sti terras ⁊ inebriasti eā: mul-
tiplicasti locupletare eam.

Flumē dei repletū est aq̄s:
parasti cibū illorū qm̄ ita est
preparatio eius. **R**iuos ei⁹
inebria: multiplica genimi-
na eius: in stillicidijs eius le-
tabitur germinans. **B**enedi-
ces corone añi benignitatis
tue: et campi tui replebunt
ybertate. **P**inguescunt spe-
ciosa deserti: et exultatione
colles accingentur. **I**nduti
sunt ardetes ouium: ⁊ valles
abundabunt frumento: cla-
mabunt etenim hymnum di-
cent. **G**loria. **ps. lxx.**

Abilate deo ois ter-
ra: psalmū dicite nomini ei⁹:
date gloriam laudi ei⁹. **D**i-
cite deo q̄s terribilia sūt ope-
ra tua dñe: in multitudie vir-
tutis tue mentientur tibi iu-
mici tui. **O**mnis terra ado-
ret te ⁊ psallat tibi: psalmus
dicat nomini tuo. **V**enite ⁊
videte opera dei: terribilis
in cōsilijs super filios hoim̄.
Qui cōuertit mare i aridā:
in flumine pertransibunt pe-
de: ibi letabimur i ipso. **Q**ui
dominatur in virtute sua in

eternum: oculi eius sup gen-
tes respiciunt qui exasperāt
non exalcentur in semetipsis

Benedicite gentes deum
nostrum: ⁊ auditez facite vo-
cem laudis eius. **Q**ui posu-
it animā meam ad vitā: ⁊ nō
dedit in commotionem pe-
des meos. **Q**m̄ pbasti nos
deus: igne nos examinaasti
sicut examinas argentū. **I**n-
durasti nos in laqueum: po-
suisti tribulationes in dorso
m̄o: imposuisti hoies sup ca-
pita nostra. **T**ransiuit⁹ p̄
ignē ⁊ aquā: ⁊ eduxisti nos i
refrigeriū. **I**ntroibo in do-
mū tuā in olocausis: reddā
tibi vota mea q̄ distulerunt
labia mea. **E**t locutū est os
meum: in tribulatione mea.

Olocausa medullata offer-
ram tibi cū incenso arietum:
offeraz tibi boues cū hircis.
Venite audite et: narrabo
oēs qui timeatis deū: quanta
fecit anime mee. **A**d ipsum
ore meo clamaui: et exulta-
ui sub lingua mea. **I**n quiete
si asperi i corde meo: nō ex-
audiet dñs. **P**ropterea exau-
diuit de⁹: ⁊ attendit voci de
precationis mee. **B**ñdictus
deus: q̄ non amouit oratio-
nem meam ⁊ miam suā a me
Gloria. **An.** **B**ñdicite gentes

deum nostrum.

Ps. lxxv.

Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos: et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum. **C**onfiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes. **N**etentur et exultent gentes: quoniam iudicas populos in equitate: et gentes in terra dirigis. **C**onfiteantur tibi populi deus: committatur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum. **B**enedicat nos deus deus noster benedicat nos deus: et metuant eum omnes fines terre.

Gloria patri.

Ps. lxxvii.

Ergat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. **S**icut deficiit fumus deficiant: sicut fluit cerasa a facie ignis sic pereant peccatores a facie dei. **E**t iusti epulentur et exultent in conspectu dei: et delectentur in letitia. **C**antate deo psalmum dicite nomina eius: iter facite ei qui ascendit super occasum: deus nomen illi. **E**xultate in conspectu eius: turbabuntur a facie eius patris orphanorum et iudicis vidua-

rum. **D**eus in loco sancto suo: deus qui habitare facit vnicuique in domo. **Q**ui educit vincos in fortitudine: similiter eos qui exasperant qui habitant in sepulchris.

Deus cum egredereris in conspectu populi tui: cum pertransires in deserto. **T**erra mota est: etenim celi distilla verunt a facie dei synagoga facie dei israel. **P**lurimam voluntariam segregabis de hereditate tue et firmata est: tu vero perfecisti eam. **A**nimalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua panem peri deus. **D**ominus dabit virtute multa. **R**ex virtutum dilecti dilecti: et speciet dominus dividere spolia. **S**i dormiatis inter medios clericos penne colube deargentate: et posteriora dorsus eius in pallore auri. **Q**ui discernit celestis reges super eam niue dealbabuntur in semine: mors dei mors pinguis. **M**ors conagulat mors pinguis: ut quod suspicamini motes coagulatos: **M**ons in quo beneplacitum est deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in firmam. **C**urrus dei decem milibus multiplex milia letat-

tium: dñs i eis in synai in fácto. **A**scendisti in altum cepisti captiuitatē: accepisti dona in hominibus. **E**temi nō credentes: inhabitare domínū deū. **G**loria. **P**hases.

Benedictus dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorū. **D**eus noster deus saluos faciēdi: et dñi dñi exit⁹ mortis. **T**erūtamen deus confriget capita inimicorū suorū: verticē capilli perambulātium i delictis suis. **D**ixit dñs ex basā conuertā: conuertaz in profundū maris. **U**t intinguatur pes tuus in sanguine: lingua canū tuorū ex inimicis ab ipso. **V**iderunt ingressus tuos deus: ingress⁹ dei mei regis mei qui ē i fácto. **P**reuenērūt principes coniuncti psallentib⁹: in medio iuuenularū ripanistria rū. **I**n ecclesiis benedicite deo: dño de fontibus israel. **I**bi bentami adolescētul⁹: in mētis excessu. **P**ricipes tuda duces eorū: p̄ncipes zabulon et p̄ncipes neptali. **M**anda deus virtuti tue cōfirma deus hoc qđ operat⁹ es in nobis. **A** templo tuo in hierusalem: tibi offerent

reges munera. **I**ncrepa feras arundinis: congregatio taurozū in vaccis populozū vt excludant eos qui probati sunt argento. **D**issipate que bella volunt: veniēt legati ex egypto: ethiopia p̄ueniet manus eius deo. **R**egna terre cantate deo: psallite dño. **P**sallite deo: qui ascendit super celuz celi ad orientē. **E**cce dabit vocē sue vocē virtutis: date gloriā deo super israel: magnificētia eius et virtus eius in nubibus. **M**irabilis deus i sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus. **G**loria. **A**n. **I**n ecclesiis benedicite dño. **V**is terra adoret te deus ⁊ psallat tibi: psalmū dicat nomini tuo domine? **Lectio breuis. Sapien. primo.** **D**iligite iustitiaz: qđ iudicat⁹ terrā. **S**ētite de dño in bonitate: et in simplicitate cordis querite illū. **Q**uoniam inuenitur ab his qđ nō tentant illum: apparet autē eis qui fidem habent in illū. **T**u autem. **Ps. breue.** **I**n te domine speraui. **N**ō confundar in eternum. **V**is iustitia tua libera me et eripe me

In. li. nocturno ps. lxxviii.

Salum me fac deus: quoniam intraverunt aequi versus ad animam meam. **I**nfixus sum in limo profundum: et non est substantia. **V**eni in altitudine maris: et tempestas demersit me. **L**aboravi clamans rauce facte sunt fauces mee: defecerunt oculi mei dum spero in deum meum. **M**ultiplicati sunt super capillos capitis mei: quod odere me gratis. **C**onfortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: que non rapui tunc exsoluebam. **D**eus tu scis insipientiam meam: et delicta mea a te non sunt abscondita. **N**on erubescat in me quod expectat te dominus: dominus protutus. **N**on confundatur super me: quod querunt te deus israel. **Q**uoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam. **E**xtraneus factus sum fratribus meis et peregrinus filius matris mee. **Q**uoniam zelus domus tue comedit me: et opprobria exprobratum tibi ceciderunt super me. **E**t operui in teumio animam meam: et factum est in opprobrium michi. **E**t posui vestimentum meum cilicium: et factus sum illis in parabolam. **A**duersus me loquuntur qui sedebant in porta: et in me psallebant qui bibeabant

vinum. **E**go vero orationem meam ad te domine: tempus beneplaciti deus. **I**n multitudinem misericordie tue: exaudi me in veritate salutis tue. **E**ripi me de luto ut non infingar: libera me ab his qui oderunt me et de profundis aequorum. **N**on me demergat tempestas aque: neque absorbeat me profundum: neque vigeat super me puteus os suum. **R**epone.

Exaudi me domine quoniam benigne est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. **E**t ne avertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me. **I**ntende aie mee et libera eam: propter inimicos meos eripe me. **T**u scis improperium meum et confusionem meam: et reuertamur in meam. **I**n conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: improperium expectavit cor meum et misericordiam. **E**t sustinui quod simul contristaret et non fuit: quod consolaretur et non inuenit. **E**t dedecoratum est in escam meam fel: et in siti mea potauerunt me aceto. **H**iat mensa eorum coram ipsis in laqueum: et in retributiones et in scandalum. **O**bscurentur oculi eorum ne videant: et dormiant eorum semper incurva. **E**t funde super eos iram tuam: et furor ire tue comprehendat eos. **H**iat habi-

tatio eorū deserta: et in taber-
naculis eorū non sit q̄ inha-
bitet. **Q**uoniā quē tu percuss-
isti percussit sunt: et super dolo-
rē vulnerū meorū addiderit.

Appone iniquitatē sup̄ iniquita-
tē eorū: et nō intrēt in iustitiam
tuā. **V**eleant de libro viuen-
tiū: et cū iustis nō scribantur.

Ego sū paup̄ et dolēs: salus
tua de⁹ suscepit me. **L**auda-
bo nomē dei cū canticō: et ma-
gnificabo eū in laude. **E**t pla-
cebit deo super vitulum no-
uellum: cornua producentes
et ungulas. **V**ideant pau-
peres et letentur: quere te de-
um et viuet aīa vestra. **Q**uo-
niam exaudiuit paupes do-
minus: et vinctos suos non
desperxit. **N**audent illum ce-
li et terra: mare et omnia re-
ptilia in eis. **Q**uoniā de⁹
saluam faciet sion: et edifica-
būtur ciuitates iude. **E**t in-
habitabunt ibi: et heredita-
te acquirant eam. **E**t semen
seruorum eius possidebit eā:
et qui diligunt nomen eius
habitabūnt in ea. **G**loria. **A**n-

ti. An. Querite dominum et
viuet anima vestra. **Ps. lxxij.**

Deus in adiutorium
meum intende: domi-
ne ad adiuuandum me festi-
na. **C**onfundantur et reue-

reantur: qui querunt animā
meam. **A**uertant retrorsus
et erubescant: qui volūt mi-
hi mala. **A**uertant statim eru-
bescētes: qui dicunt mihi en-
ge euge. **E**xultent et letent
in te oēs qui quērunt te: et dicāt
semp magnificetur domin⁹
qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egen⁹ et paup̄ sū:
deus adiuua me. **A**diutor
meus et liberator me⁹ es tu:
domine ne moreris. **G**loria.

I patri. **Psalmus. lxx.**

Ne te dñe spauī nō cōs-
fundar ieternū: in iustitia tua
libera me et eripe me. **I**nclī-
na ad me aurē tuam: et salua
me. **E**slo mihi in deum pro-
tectorē et in locum munitū:
vt saluū me facias. **Q**m̄ fir-
mamentum meum: et refu-
gium meum es tu. **D**e⁹ me
us eripe me de manu pecca-
toris: et de manu cōtra legez
agētis et iniqui. **Q**m̄ tu es pa-
triētia mea dñe: domie spes
mea a iuuentute mea. **I**n te
confirmatus sū ex vtero: de
ventre matris mee tu es pre-
ctor meus. **I**n te cantatio
mea semp: tanq̄ prodigium
factus sum multis et tu adiu-
tor fortis. **R**epleat os meū
laude vt cantē gloriā tuam:
tota die magnitudinem tuā

Ne proicias me in tēpore
senectutis: cū defecerit virtus
mea ne derelinquas me. **Q**ui
dixerūt inimici mei mihi: et
qui custodiebāt animam meam
consilium fecerūt in vnum.
Dicentes deus dereliquit
eum: persequimini et cōpre-
hendite eum: quia non est qui
eripiat. **D**eus ne elongeris
a me: deus meus in auxiliū
meū respice. **C**onfundātur
et deficiant detrahētes ani-
me mee: operiantur cōfusio
ne et pudore qui querūt ma-
la mihi. **E**go autē semp spe-
rabo: et adiciā super omnem
laudem tuā. **O**s meū annun-
ciabit iustitiā tuā: tota die sa-
lutare tuum. **Q**uoniam nō co-
gnoui litteraturā introibo i
potentiam dñi: dñe memo-
rabor iustitie tue solius. **D**e-
us docuisti me a iuuentute
mea: et vsq; nunc pñunciabo
mirabilia tua. **E**t vsq; in se-
nectam et seniū: deus ne dere-
linquas me. **D**onec annun-
ciem brachium tuum: gene-
rationi omni que ventura est
Potentiam tuam et iustitiā
tuam deus vsq; in altissima
quam fecisti magnalia: deus q̄s
similis tibi. **Q**uātas offen-
disti mihi tribulatiōes mul-
tas et malas: et conuersus vt

uificasti me: et de abyssis ter-
re iterum reduxisti me. **M**ul-
tiplicasti magnificentiā tuā:
et conuersus consolatus es
me. **N**am et ego confitebor
tibi in vasis psalmi veritatē
tuā deus: psallam tibi in ci-
thara sanctus israel. **E**xul-
tabunt labia mea cū canta-
uero tibi: et anima mea quāz
redemisti. **S**ed et lingua mea
tota die meditabitur iustiti-
am tuā: cum confusi et reuer-
ti fuerint qui querunt mala
mihi. **G**loria. **A**n. Die de-
us adiutorii meum intende.
Deus iudi- *(ps. lxxxv)*
cium tuū regida: et iu-
sticiam tuā filio regis. **I**udi-
care populū tuū in iustitia: et
pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacem
populo: et colles iustitiā. **I**u-
dicabit pauperes populū et
saluos faciet filios pauperū:
et humiliabit calūniatozem.
Et permanebit cū sole et an-
te lunā: in generatione et ge-
nerationem. **D**escendet si-
cut pluuia in vellus: et sicut
stillicidia stillantia super ter-
ram. **Q**uietur in diebus eius
iustitia et abundantia pacis:
donec auferat luna. **E**t do-
minabit a mari vsq; ad ma-
res: et a flūie vsq; ad terminos

orbis terrarū. **C**orā illo p:
cidēt ethiopes: et inimici ei⁹
terram iungēt. **R**eges thar
sis et insule munera offerēt:
reges arabū et saba dona ad
ducēt. **E**t adorabūt eū oēs
reges: oēs gētes seruiēt ei.
Quia liberabit pauperē a
potēte: et pauperem cui non
erat adiutor. **P**arceit pau:
peri: et inopi: et aīas pauperū
saluas faciet. **E**t x vsuris et
iniq̄tate redimet aīas eorū:
et honorabile nomē eorū: co:
rā illo. **E**t uiuet et dabitur
ei de auro arabie: et adora:
bunt de ipso semp: tota die
benedicēt ei. **E**rit firmamē
tū in terra in sūmis montiū
super extolletur sup libanū
fluct⁹ eius: et florebūt de ci:
uitate sicut fenū terre. **S**it
nomē ei⁹ benedictū in secla:
ante solē pmanet nomē eius.
Et benedicētur in ipso oēs
trib⁹ terre: oēs gētes mag:
nificabūt eū. **B**enedict⁹ do:
min⁹ de⁹ isrl: qui facit mira:
bilia sol⁹. **E**t benedictū no:
mē maiestatis ei⁹ in eternū:
et replebitur maiestate eius
ois tra: fiat fiat. **G**la. **lxxij**
Quis q̄ recto sūt corde.
Et autē pene moti sunt pe:
des: pene effusi sūt gressus:

mei. **Q**uia zelauit sup inq̄s:
pacē pctōrū vidēs. **Q** et non
est respect⁹ moti eorū: et fir:
mamentū in plaga eorū. **I**n
labore hoīm nō sūt: et cū hōi:
bus nō flagellabūtūr. **I**deo
tenuit eos supbia: opti sunt
iniq̄tate et impietate sua. **D**o:
ct⁹ q̄ si ex adipe iniq̄tas eorū:
trāsierūt i affectū cordis
Cogitauerūt et locuti sunt
nequitia: iniq̄tate in excelsio
locuti sūt. **P**osuerūt in celū
os suū: et lingua eorū transi:
uit in terra. **I**deo conuerte:
tur ppl⁹ me⁹ hic: et dies ple:
ni inueniuntur in eis. **E**t di:
xerūt quō scit de⁹: et si est sci:
entia i excelsio. **E**cce ipi pec:
catores et abundātes in seclō
obtinuerūt diuitias. **E**t di:
xi ergo sine causa iustificauit
cor meū: et lauī inter innocē:
tes man⁹ meas. **E**t fui fla:
gellat⁹ tota die: et castigatio
mea in matutinis. **S**i dice:
bā narrabo sic: ecce nationē
filiorū tuorū reprobauī. **E**ri:
stimabā ut cognoscerē: hoc
labor est ante me. **D**onec in:
trē in sanctuariū dei: et intel:
ligā in notissimis eorū. **T**e:
runtamē ppter dolos posui
sti eis: deiicisti eos dū alle:
uarētur. **Q**uō facti sunt in
desolationem subito defecer

runt: perierunt ppter iniquita-
tem suā. **T**elur somnū sur-
gentium: dñe in ciuitate tua
imaginē ipsorū ad nihilū re-
diges. **Q**uia inflāmati est
cor meū: et renes mei comu-
tati sunt: et ego ad nihilū re-
ductus sum et nesciui. **U**t in
mentū factus sum apud te:
et ego semp tecū. **T**enuisti
manū dexterā meā: et in vo-
luntate tua deduxisti me: et
cū gl̄ia suscepisti me. **Q**uid
eni mltū est in celo: et a te qd
volui super terrā? **D**efecit
caro mea et cor meū: de? cor
dis mei et pars mea deus in
eternū. **Q**uia ecce qui elon-
gant se a te peribūt: per didi
sūt oēs qui fornicātur abs te
Mihi autē adherere deo bo-
num est: ponere in dño deo
spem meā. **U**t annuncie om-
nes p̄dicationes tuas: i por-
tis iherosolym. **G**loria. **A**n. **T**e-
nuisti domie manū dexterā
meā. **A**n. **A**lla alla alla. **E**p.
Vigilate. **V**. Gaudebunt la-
bia mea cum cātauero tibi?
Et ania mea quā redemisti?
Deo. **S**alua. **C**. **A**d lau. **p**. l.
Miserere. **p**. **A**n. **E**xaudi de-
us orōnē meā cū de. **p**. **Leuy**
Te decet. **E**. **E**xultant. **p**.
eruaq. **L**au. **A**. **R**edde mihi
iētā salutaris tui dñe. **E**p

Nox p̄cessit. **R**. **breue**. **E**ran-
di nos de? Salutaris nr̄. **V**.
Spes oim finis terre et i ma-
ri lōge. **S**alu. **ly**. **S**plen-
dor paterne. **V**. **I**n matutis
dñe. **A**d hñ? **A**n. **E**rexit dñs
nobis cornu salutis i domo
dauid pueri sui. **D**eo dñica
lis. **C**. **Q**uinta feria ad noc
Simul. **A**dorem? dñm **Q**uā
ipse fecit nos. **p**. **V**enite ex-
ultem? **ly**. **E**rne. **p**. **lxvii**.

W qd deus repulsi
sūt i finē: iratus est
furo: tu? sup oues
pascue tue? **M**or-
esto cōgregationis tue: quā
possedisti ab iitio. **R**edemi-
sūt virgam hereditatis tue:
mons sio in quo habitasti in
eo. **T**eva man? tuas in sup-
bias eorū in finē: q̄ta malign-
natus est inimic? in sancto?
Et gloriati sunt q̄ oderunt
te: in medio solēnitatis tue.
Dosuerūt signa sua signa et
non cognouerūt: sicut in ex-
tu sup summū. **Q**uasi in syl-
ua lignorū securibus erode-
rūt ianuam eius in id ipsū: in-
securi et ascia deiecerūt eam.
Incēderūt igni sanctuariū
tuū in terra: polluerūt taber-
naculū nois tui. **D**ixerūt in
corde suo cognatio eorū si-
mul: quiescere faciam? oēs

biles festos dei a fra
 nra nō vidim⁹ / iā nō est pro:
 pheta: ⁊ nos non cognoscet
 ampli⁹. **U**sq̄quo de⁹ ipro:
 perabit inimicus: irritat ad
 uersari⁹ nomē tuū in finem:
Ut qd auertis manū tuā et
 dexterā tuā: de medio sinu
 tuo in finē. **U**e⁹ autē rex nri
 ante seclā: opātys est salutē
 in medio terre. **Tu** cōfirma
 sti in virtute tua mare: contri
 bulasti capita diaconum in
 aquis. **Tu** cōfregisti capita
 diaconis: dedisti eū escā po
 pulis ethiopiū. **Tu** dirup
 sti fontes ⁊ torrētes: tu sicca
 sti fluuios ethan. **Tu**uus est
 dies ⁊ tua est nox: tu fabrica
 tus es aurozā ⁊ solē. **Tu** fe
 cisti oēsterninos terre: esta
 tē ⁊ ver tu plasmasti ea. **U**e
 mor esto hui⁹ inimic⁹ ipro:
 perauit dño: ⁊ ppls insipies
 incitauit nomē tuū. **U**e tra
 das bestijs animā cōfidentē
 tibi: ⁊ alas pauperū tuoz ne
 obliuiscaris in finē. **R**espi
 ce in testamētū tuū: qz reple
 ti sunt q̄ obscurati sūt terre
 domib⁹ iniquitatū. **U**e auer
 tat humilis fact⁹ confusus:
 paup ⁊ inops laudabunt no
 men tuū. **E**xurge de⁹ iudi
 ca causā tuā: memor esto im
 properioz tuoz eoz q̄ ab in

supiēte sūt tota die. **U**e obli
 uiscaris voces inimicorum
 tuorum: supbia eoz q̄ te ode
 rāt ascēdit sp. **U**e. **ps. lxxvj.**

Quis p̄fitebitur tibi de
 cabim⁹ nomē tuū. **D**arrabi
 m⁹ mirabilia tua: cū accēpo
 tps ego iustitias indicabo.

Liquifac̄ta est fra ⁊ oēs q̄ hi
 tāt in ea: ego p̄firmavi colū
 nas ei⁹. **U**ri in q̄s nolite iū
 que agē: ⁊ delinq̄ntib⁹ nolite
 exaltare cornu. **N**olite ex
 tollere i altū cornu vni: noli
 te loq̄ aduers⁹ deū iniquitate.

Qz neqz ab oriente neqz ab
 occidēte neqz a de⁹tris mōri
 bus: qm̄ de⁹ iudex est. **H**ūc
 humiliat ⁊ hūc exaltat: qz ca
 lix i māu dñi vini meri plen⁹

mixto. **E**t inclinauit ex hoc i
 hoc: verūtū fer ei⁹ nō est ex
 inanita: bibent oēs pctōzes
 terre. **E**go autē annūciabo i

sc̄lm: cātabo deo iacob. **E**t
 oia cornua pctōz cōfringā:
 et exaltabitur cornua iusti.
Gloria. **An.** Liberasti vir
 gā hereditatis tue. **ps. lxxvj.**

Quis in iudea deus:
 in iur⁹ magnū nomen
 eius. **E**t fact⁹ est in pace lo
 cus eius: et habitatio ei⁹ in
 sion. **I**bi cōfregit poten
 tias: arcū / scutum / gladium

Dij.

et bellis. **I**lluminans tu mirabiliter a montibus eternis: turbati sunt omnes insipientes corde. **D**ormierunt somnum suum: et nihil inuenerunt oes viri diuitiarum in manibus suis. **A**b increpatione tua deus iacob: dormitauerunt oes qui ascenderunt equos. **T**u terribilis es et quis resistet tibi: ex tunc ira tua. **D**e celo auditum fecisti iudicium: terra tremuit et quieuit. **Q**uoniam exurgeret in iudicium deus: ut saluos faceret omnes mansuetos terre. **Q**uoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: et relique cogitationis die festum agent tibi. **N**on uete et reddite domino deo vestro: oes qui in circuitu eius afferitis munera. **T**erribilis et ei qui aufert spiritum principum: terribilis apud reges terre. **G**loria.

Voce mea *(ps. lxxvi.)*
Quod dominum clamauit: uoce mea ad deum et intendit michi. **I**n die tribulationis mee deum ex quaesiu in manibus meis nocte contra eum: et non sum deceptus. **R**enuit consolari animam meam: memor fui dei et delectatus sum: et exercitatus sum: et defecit spiritus meus. **H**inticipauerunt uigilias oculi mei: turbatus sum et non fui locutus. **C**ogitavi dies an-

tiquos: et annos eternos in mente habui. **E**t meditatus sum nocte cum corde meo: et exercitabar et scopebam spiritum meum. **Q**uoniam quid in eternum proficiet deus: aut non apponet ut coplacitio sit adhuc? **A**ut in fine misericordiam suam abscedet: a generatione in generationem. **A**ut obliuiscetur misereri deus: aut continebit iram suam in misericordiam suam? **E**t dixi nunc cepepi: hec mutatio dextere excelsi. **M**emor fui operum dominus: quoniam memor ero ab initio mirabilium tuorum. **E**t meditabor in omnibus operibus tuis: et in adinventionibus tuis exercebor. **D**eus in sancto uia tua: quis deus magnus sicut deus noster? tu es deus qui facis mirabilia. **N**otam fecisti in populis uirtutem tuam: redemisti in brachio tuo populum tuum: filios iacob et ioseph. **U**iderunt te aque deus: uiderunt te aque et timuerunt: et turbate sunt abyssus. **M**ultitudo sonituum aquarum: uocem dederunt nubes. **E**t tenim sagitte tue transierunt: uox tonitruum tui in rota. **I**lluxerunt choruscationes tue orbi terre: commota est et contremuit terra. **I**n mari uia tua: et semite tue in aquis multis: et ueestigia tua non cognoscuntur.

Deduxisti sicut oues populum
 tuum in manu moysi et aaron.
Gloria. **An.** Tu es deus qui
 facis mirabilia. **ps. lxxvij.**
Acredite popule meus le-
 gem meam: inclinate au-
 rem vestram in verba oris mei.
Aperiam in parabolis os
 meum: loquar propositiones ab
 initio. **Q**uanta audiuit et
 cognouimus ea: et presertim
 narrauerunt nobis. **N**on sunt
 occultata a filiis eorum: in gna-
 tione altera. **N**arrantes lau-
 des domini et virtutes eius: et mi-
 rabilia eius que fecit. **E**t sus-
 citauit testimonium in iacob:
 et legem posuit in israel. **Q**uanta
 mandauit patribus nostris nota fa-
 cere ea filiis suis: ut cognos-
 scat generationem aliam. **H**ilij qui na-
 scuntur et exurgunt: et narra-
 bunt filiis suis. **U**t ponant in deo
 spem suam: et non obliuiscantur o-
 perum dei: et mandata eius exqui-
 rant. **N**e fiat sicut presertim eorum:
 generatio praua et exasperans.
Generatio que non dixerit cor-
 suum: et non est creditus cum deo
 spiritus eius. **H**ilij effreni inteden-
 tes et mittentes arcum: uersi
 sunt in die belli. **N**on custodie-
 runt testamentum dei: et lege eius
 noluerunt ambulare. **E**t obli-
 ti sunt benefactorum eius: et mirabilia
 eius que ostendit eis. **Q**uanta presertim

bus eorum fecit mirabilia in ter-
 ra egypti: in capto thauces.
Interripit mare et perduxit
 eos: et statuit aquas quasi in vitro
Et deduxit eos in nube diei
 et tota nocte in illuminatione
 ignis. **I**nterripit petram in ere-
 mo: et adaquauit eos velut in
 abyssio multa. **E**t eduxit a-
 quam de petra: et deduxit tanquam
 flumina aquas. **E**t apposuerunt
 adhuc peccare ei: in iram exci-
 tauerunt excessum in iniquo so-
Et tetrauerunt deum in cordi-
 bus suis: ut peterent escas
 a iacob suis. **E**t male locuti
 sunt de deo: dixerunt nunquam po-
 terit deus parare mensam in des-
 erto: **Q**ui percussit petram et flu-
 xerunt aque: et torretes inun-
 dauerunt. **Q**uoniam et panem po-
 terit dare: aut parare mensam
 populo suo: **I**deo audiuit do-
 minus et distulit: et ignis accessit
 eius est in iacob: et transiit in
 israel. **Q**ui non crediderunt in deo:
 nec sperauerunt in saluatore eius
Et mandauit nubibus desuper:
 et ianuas celi aperuit. **E**t plu-
 uit illis manna ad manducandum:
 et panem celi dedit eis. **P**anem
 angelorum manducauit homo: ci-
 baria misit eis in abundantiam
Et restituit austrum de celo: et
 induxit in virtute sua afflic-
Et pluit super eos sicut pul-
 uerem.

uerē carnes: et sicut arenam
maris volatilia pēnata. **Et**
cecidērūt in medio castrorū
eorū: circa tabernacula eorū.

Et māducauerūt ⁊ satura-
ti sūt nimis: ⁊ desiderū eorū
attulit eis: nō sūt fraudati a
desiderio suo. **A**dhuc efce
eorū erant in ore ipsorū: ⁊ ira
dei ascēdit sup eos. **Et** occi-
dit pigues eorū: ⁊ electos is-
rael īpediuit. **I**n oībus hīs
peccauerūt adhuc: ⁊ nō cre-
diderūt in mirabilib⁹ eius.

Et defecerūt in vanitate di-
es eorū: ⁊ anni eorū cū festina-
tione. **Q**ū occideret eos q̄-
rebāt eū: ⁊ reuertebant⁹ di-
luculo veniebant ad eū. **Et**
rememorati sūt q̄ de⁹ adiu-
tor est eorū: ⁊ de⁹ excelsus re-
demptor eorū est. **Phares.**

Et dilexerūt eū in ore
suo: ⁊ lingua sua men-
titi sūt ei. **C**or autē eorū non
erat rectū cū eo: nec fideles
habiti sūt in testamēto eius.

Ipse autē est misericors ⁊ p̄pi-
tius fiet p̄ctis eorū: ⁊ nō dis-
perdet eos. **Et** abūdauit vt
auerteret irā suā: ⁊ nō accen-
dit oēm irā suā. **Et** recorda-
tus est q̄ caro sūt: spūs va-
dēs ⁊ nō rediēs. **Q**uotiens
exacerbauerūt eū in defto: ī
irā cōcitauerūt eū in inaq̄so

Et conuersi sūt ⁊ tētauerūt
deū: ⁊ sc̄m̄ isrl̄ exacerbaue-
rūt. **N**ō sūt recordati man⁹
ei⁹: die q̄ redemit eos de ma-
nu tribulātis. **S**icut posuit
ī egypto signa sua: ⁊ p̄digia
sua in cāpo thāneos. **Et** cō-
uertit ī sāguine flumia eorū:
et ibres eorū ne hiberēt. **Q**uī
sit ī eos cinomiā et comedit
eos: ⁊ ranā et disp̄didit eos
Et dedit erugini fruct⁹ eo-
rum: ⁊ labores eorū locuste.
Et occidit ī grādine vineas
eorū: ⁊ moros eorū in puīna
Et tradidit grādini iumēta
eorū: ⁊ possessiones eorū igni
Quī sit ī eos irā īdignatiōis
sue: īdignatiōē ⁊ irāz tribu-
latiōē: īmissiōes p̄ angelos
malos. **Q**uā fecit semite ire
sue: nō pepcit a morte aiarū
eorū: ⁊ iumēta eorū ī morte cō-
cluserūt. **Et** percussit oē primo-
genitū in tra egypti: primiti-
as oīs laboris eorū ī taber-
naculis chā. **Et** abstulit si-
cut oues p̄p̄s suū: et p̄duxit
eos tāq̄ gregē in defto. **Et**
deduxit eos ī spez nō timue-
rūt: ⁊ īmicos eorū opuit ma-
re. **Et** īduxit eos ī mōrē sc̄i
ficationis sue: mōrē quē acq̄
sunt dextera ei⁹. **Et** ciecit a
facie eorū gētes: ⁊ sorte diui-
sit eis terrā ī funiculo distri-

butionis. **E**t habitare fecit in
 tabernaculis eorum: tribus israel.
Et tētauerūt et exacerbaue
 rūt deū excelsū: et testimonia
 ei⁹ nō custodierūt. **E**t auer
 terūt se: nō seruauerūt pactū
 quē admodū p̄ses eorū p̄uer
 si sunt in arcū prauū. **I**n irā
 cōcītauerūt eū in collib⁹ su
 is: et i sculptilibus suis ad e
 mulationē eū puocauerunt
A udiuit de⁹ et spreuit: et ad
 nihilū redegit ualde israel. **E**t
 reppulit tabernaculus sylo:
 tabernaculū suū ubi habitauit
 in hoib⁹. **E**t tradidit i capti
 uitate virtutē eorū: et pulchri
 tudinē eorū in man⁹ inimici.
Et p̄clusit i gladio p̄p̄t̄ suū
 et hereditatē suā spreuit. **I**n
 uenes eorū comedit ignis: et
 h̄gines eorū nō sūt lamētate
Sacerdotes eorū i gladio ce
 ciderūt: et uidue eorū nō plo
 rabant. **E**t excitat⁹ est tāq̄
 doz miēs dñs: tāq̄ potēs era
 pulat⁹ a uino. **E**t percussit ini
 micos suos i posteriora: op
 probuū sep̄itū dedit illis.
Et reppulit tabernaculum
 ioseph: et tribū efrai nō ele
 git. **S**z elegit tribum iuda:
 mōtē s̄iō quē dilexit. **E**t edi
 ficauit sicut unicornū sc̄ifi
 cū suū: in era quā fūdauit in
 scla. **E**t elegit dauid seruū

suū: et sustulit eū de gregib⁹
 ouū: de possidetates accepit
 eū. **P**ascē iacob suū sustulit:
 et israel hereditatē suā. **E**t pauit
 eos i inocētia cordis sui: et in
 intellectu manuū suarū. **S**du
 xit eos. **G**la. Inclinate au
 rē v̄s dōba oris mei. **78.**

Dē uenit gētes i he
 reditatē tuā polluet
 tēplū sc̄m tuū: posuerit h̄r̄z
 i pomorū custodiā. **P**osuerit
 morticina fuorū tuorū escas
 volatilib⁹ celi: carnes sc̄orū
 tuorū bestiis fr̄e. **A**ffuderit
 sāguinē ip̄orū tāq̄ aquā i cir
 cuitu h̄r̄z: et nō erat q̄ sepe
 līret. **A**cti sum⁹ opprobriū
 victis nr̄is: subānatio et il
 lūstio h̄is q̄ i circuitu nr̄o sūt
 uenes eorū nō sūt lamētate
Affude irā tuā i gētes q̄ te
 nō nouerūt: et i regna q̄ nomē
 tuū nō inuocauerūt. **Q**z come
 derit iacob: et locū ei⁹ desola
 uerūt. **N**e memierūt iniquitatū
 nr̄arū: cito āncip̄t nos
 mie tue qz paupes sc̄i sum⁹
 nimis. **A** diuianos de⁹ salu
 tarū nr̄: et p̄p̄t̄ gl̄iaz nois tui
 dñe liberanos. **E**t p̄p̄t̄ esto
 p̄ctis nr̄is p̄p̄t̄ nomē tuū: ne
 forte dicāt i gētib⁹ ubi ē de⁹
 eorū. **E**t inotescāt i natiōib⁹
 corā oculis nr̄is: vltio sāguis

Diiii.

seruoz tuoz qui effusus est
Introcat in conspectu tuo:
 gemit? cōpeditozū. **S**cōm
 magnitudinem brachij tui:
 posside filios mortificatoz.

Et reddecimus nris septu
 plis in sinu eoz: improperū
 ipsoz qđ exprobauerunt ti
 bi dñe. **D**os aut pplus tu?
 et oues pascue tue: cōfitebi
 mur tibi in sc̄m. **I**n gnatio
 ne z gnationē: annūciabim?
 laudē tuā. **G**lia. **An.** Propi
 tius esto pctis nris dñe.

Deus in sc̄to via tua? Quis
 deus magn? sicut deus no
 ster? **Lectio breuis. Sap. iij.**

Qui cōfidunt in dño intelli
 gēt veritatē? z fideles in di
 lectione acq̄scēt illi: qm̄ do
 nū et pay est electis dei. **Tu**
 aut. **8. breue.** **E**xultate deo
 Adiuuoz nro. **8.** **Z**ubilate
 deo iacob. Adiuuoz. **C** In
 secundo nocturno. **ps. lxxix.**



Qui regis isrl? inten
 de: qui deducis ve
 lut ouem ioseph.

Qui sedes super
 cherubin manifestare coraz
 effraim/beniamin/ z manaf
 se. **E**xalta potentā tuā z ve
 ni: vt saluos facias nos. **D**e
 us cōuerte nos: z ostēde faci
 ciē tuā z salui erimus. **D**ñe
 deus virtutū: quousq̄ irasce

ris super orationē serui tui?
Aibabis nos pane lachry
 maz: z potū dabis nobis in
 lachrymis i mēsurā. **D**osut
 si nos in cōtradictionē vici
 nis nris: et inimici nri subfā
 nauerūt nos. **D**eus virtutū
 cōuerte nos: z ostēde faciē
 tuā z salui erim?. **T**ineā de
 egypto trāstulisti: eiecisti gē
 tes z plāstasti eā. **D**ur itine
 ris fuisi in cōspectu eius: z
 plāstasti radices eius z imple
 uit terram. **O**peruit mōtes
 vmbra ei?: z arbuta eius ce
 dros dei. **E**xterdit palmites
 suos vsq̄ ad mare: z vsq̄ ad
 flumen ppagines eius. **U**t
 qđ destruxisti maceriā eius:
 et vindemiāt eā oēs qui pre
 tergrediūtur viā. **E**xtermi
 nauit eā aper de sylua: et sin
 gularis ferus depast? est eā.
Deus virtutū cōuerte: re
 spice de celo z vide et visita
 vineā istā. **E**t pfice eā quaz
 plātauit dextera tua: et sup
 filiū quē cōfirmasti tibi. **I**n
 cēsa igni z suffossa: ab incre
 patione vult? tui peribunt.
Hiat man? tua super viruz
 dextere tue: z sup filiū hoīs
 quē confirmasti tibi. **E**t nō
 discedimus a te: viuificabis
 nos z nomē tuum inuocabi
 mus. **D**ñe deus virtutū cō

uerit nos:
 et salu erim?
Exultate
 post
 eos. **8.** **S**ympanū:
 cū citpara
 meria tub
 lennitari
 ptum in d
 deo iacob
 ioseph po
 ret de terr
 quā nō no
 uerit ab
 manus ei?
 ruz. **T**ine
 casti me
 dūate in
 tūpob
 cōtradi
 mēus e
 si audie
 deus re
 dei alien
 manus de
 te de terr
 tui et imp
 auit pp
 meā: z irā
 de. **E**t dū
 sideria cor
 adiuuoz
 pulis meu
 rad si in vi
 sic. **D**o m

uerte nos: et ostēde faciē tuā
et salui erimus. **ps. lxxx.**

Exultate deo adiutori
nostro: iubilatē deo ia
cob. **S**umite psalmū et date
tympanū: psalteriū iocundū
cū cithara. **B**uccinate in eo
mentia tuba: in insigni die so
lennitatis vestre. **Q**ui prece
ptum in israel est: et iudiciū
deo iacob. **T**estimonium in
ioseph posuit illud: cum exi
ret de terra egypti: linguaz
quā nō nouerat audiuit. **Q**ui
uertit ab onerib⁹ dorsū ei⁹:
manus ei⁹ in cophyno seruiē
runt. **I**n tribulatione inuo
casti me et liberaui te: exau
diui te in abscondito tēpesta
tis: probaui te apud aquam
cōtradictionis. **A**udi ppl's
meus et cōtestabor te: israel
si audieris me non erit in te
deus recens: neq; adorabis
deū alienū. **E**go enī sū do
minus deus tuus qui eduxi
te de terra egypti: dilata os
tuū et implebo illud. **E**t nō
audiuit ppl's meus vocem
meā: et israel non intēdit mi
hi. **E**t dimisi eos scōm de
sideria cordis eoz: ibunt in
adimuetionibus suis. **S**i po
pulus meus audisset me: is
rael si in vijs meis ambulaf
set. **20** nihilo forsitan ini

micos eoz humiliassē: et sup
tribulātes eos misissē manu
meā. **I**nimici dñi mētici sūt
ei: et erit tempus eoz in secu
la. **E**t cibauit illos ex ad:
pe frumētī: et de petra melle
saturauit eos. **G**loria. **In xl.**

Exultate deo adiutori nro

ps. lxxx.

Deus stetit in synagoga deoz: in

medio autē deos dijudicat.

Usq; quo iudicatis iniqua

tem: et facies peccatoz in

mitis: Iudicate egenoz pu

pillo: humilē et pauperē iu

stificate. Eripite pauperē: et

egenū de manu peccatoz

liberate. Nescierūt neq; in

tellererunt in tenebris am

bulār: mouebūtur oīa funda

menta terre. Ego dixi dis

estis: et filij excelsi omnes.

Uos autē sicut hoīes mo

riemini: et sicut ymnus de prin

cipibus cadetis. Surge de

us iudica terrā: quoniam tu

hereditabis in omnib⁹ gen

tibus. Gloria pa. ps. lxxx.

Deus quis similis e

rit tibi: ne taceas ne

q; compescaris deus. Quo

nam ecce inimici tui sonue

runt: et qui oderūt te extule

runt caput. Super populū

tuū malignauerūt consili

um: et cogitauerūt aduersus

Seria. v. ad nocturnā.

sanctos tuos. **D**ixerunt ve-
nite et disperdamus eos de
gente: et nō memoretur no-
men israel ultra. **Q**ui cogi-
tauerit unanimes simul ad-
uersum te testamētū dispo-
suerit: tabernacula idumeo-
rū et hismaelite. **M**oab et
agareni gebal et amon et
amalech: alienigene cū ha-
bitantib⁹ tyriū. **E**teni assur
venit cū illis: facti sunt i ad-
iuutorū filijs loth. **H**ac illis
sicut madian: et sypare: sicut
iabi i torrete cyson. **D**ispe-
rierūt in endor: facti sunt vt
sterc⁹ terre. **P**one p̄cip̄es
eorum sicut oreb et zeb: et ze-
bee et salmana. **O**ēs p̄ci-
pes eorū: qui dixerūt here-
ditate possideam⁹ sanctua-
riū dei. **D**eus me⁹ pone il-
los vt rotā: et sicut stipulam
āte faciēventi. **S**icut ignis
qui comburit syluā: et sicut
flāma comburens montes
Ita persequeris illos i tē-
pestate tua: et i ira tua tur-
babis eos. **I**mp̄le facies
eorum ignominia: et q̄rent
nomē tuū dñe. **E**rubescāt
et conturbentur in seculum
seculi: et cōfundātur et pe-
reant. **E**t cognoscāt quia
nomen tibi dñe: tu solus al-
tissimus in oi terra. **G**loria.

an. Tu solus altissimus su-
per omnem terrā. **S. lxxviii.**

Quam dilecta taber-
nacula tua dñe virtutū:
concupiscit et desicit aia
mea in atria dñi. **C**or meū
et caro mea: exultauerūt in
desidijs. **E**teni passer iue-
nit sibi domū: et turtur nidū
vbi ponat pullos suos. **A**l-
taria tua dñe virtutum: rex
meus et deus meus. **B**ea-
ti qui habitāt in domo tua
dñe: in secula seculorū lau-
dabunt te. **B**eat⁹ vir cuius
est auxiliū abs te: ascensio-
nes in corde suo disposuit i
valle lachrymarū: in loco
quez posuit. **E**teni benedi-
ctione dabit legislator: i bñt
devirtute in virtutem: vide-
bitur deus deorum in sion.
Dñe deus virtutū exaudi
orōnē meaz: aurib⁹ percipe
deus iacob. **P**rotector: no-
ster aspice deus: et respice
in faciem christi tui. **Q**uia
melior est dies vna in atrijs
tuis: super milia. **E**legi ab-
iectus esse i domo dei mei:
magis q̄ habitare in taber-
naculis peccatorū. **Q**uia
miaz: et veritatē diligit de⁹:
gratiā et gloriā dabit dñs.
Non p̄uabit bonus eos q̄
ābulāt i inocētia: dñe virtutū

sibi. **U**radit⁹ sum z nō egre diebar: oculi mei lāguerunt pre inopia. **C**lamau ad te dñe: tota die expandi ad te man⁹ meas. **Q**uāq̄ mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabūt z p̄fitebūtur tibi. **Q**uāq̄ narrabit aliq̄s in sepulchro miām tuā: z veritatē tuā in p̄ditionē. **D**ū q̄d cognoscetur in tenebris mirabilia tua: z iustitia tua i terra obliuiois. **E**t ego ad te dñe clamaui: et mane oīo mea p̄ueniet te. **U**t q̄d dñe repellis oīonē meā: auertis faciē tuā a me. **P**auper suz ego z in laborib⁹ a iuuetute mea: exaltat⁹ aut̄ humiliat⁹ sū et p̄turbat⁹. **I**n me trāsierūt ire tue: z terrores tui cōturbauerūt me. **C**ircūdede runt me sicut aqua tota die: circūdede rūt me simul. **E**lō gasti a me amicū et p̄ximū: et notos meos a miseria. **ps**

Misericordi (xxxvii). **M**as dñi: in eternū cāta bo. **I**n gnationez gnationē annūciabo v̄itatē tuā in ore meo. **Q**m̄ dixisti in eternuz miā edificabit in celis: p̄parabit v̄itas tua in eis. **D**ilposuit testamētū electis meis: iurauit dauid suo meo v̄: q̄s in eternū p̄parabo semen

tui. **E**t edificabo in gnatione z gnationē: sedē tuā. **C**ōfitebūtur celi mirabilia tua dñe: et enī v̄itatē tuā i ecclia sctōz. **Q**m̄ q̄s in nubibus equabit dño: sillis erit dñio i filijs dei. **D**e⁹ q̄ gl̄ificat in cōsilio sctōz: magn⁹ z terribilis super oēs q̄ in circuitu ei⁹ sunt. **D**ñe de⁹ v̄tutū q̄s sillis tibi/potēs es dñe: z veritas tua i circuitu tuo. **T**u dñaris potestati maris: motum aut̄ fluctuū ei⁹ tu mitigas. **T**u humiliasti sicut vulneratū supbū: in brachio vir tutis tue displicisti inimicos tuos. **T**u sumi celi z tua est terra: orbē t̄re z plenitudinē eius tu sūdisti: aqlonē z mare tu creasti. **T**habo: z hermon in noīe tuo exultabūt: tuū brachiū cū potētia. **H**ir metur man⁹ tua z exaltetur dextera tua: iustitia z iudiciū p̄paratio sedis tue. **M**ia et v̄itas p̄cedēt faciē tuā: b̄tūs ppl̄s q̄ scit tubilationē. **D**ñe in lumie vult⁹ tuū ambulabūt: z i noīe tuo exultabūt tota die: z in iustitia tua exultabūtur. **Q**m̄ gl̄ia v̄tutis eoz tu es: z in b̄n̄placito tuo exultabitur cornu iſrl̄m. **Q**uia dñi est assūptio n̄ra: et sancti israhel regis nostri.

Gloria patri.

Phares.
Unc locutus es in vi
 sit posui adiutorium in po-
 tente: et exaltaui electus de
 plebe mea. **I**nveni dauid
 pueri mei: oleo sancto me unxi
 eius. **M**an⁹ enim mea auxilia
 bitur ei: et brachium meum confir-
 mabit eum. **N**ihil proficiet in-
 micus in eo: et filius iniquita-
 tis non apponet nocere ei.
Et concidam a facie ipsius ini-
 micos eius: et odietes eum in
 fugam uertam. **E**t uitas mea
 et mias mea cum ipso: et in noie
 meo exaltabitur cornu eius.
Et ponam in mari manus eius:
 et in fluminibus dexteram eius.
Ipse iuocabit me pater meus
 es tu: deus meus et susceptor
 salutis mee. **E**t ego primo
 genitum ponam illum: excelsus
 pre regibus terre. **I**n eternum
 serua bo illi misericordiam meam: et te-
 stamentum meum fidele ipsi. **E**t
 ponam in seculum seculi semen
 eius: et thronum eius sicut di-
 es celi. **S**i autem dereliquerit
 filius eius legem meam: et in iudi-
 cibus meis non ambulauerint
Si iustitias meas prophana-
 uerit: et mandata mea non cu-
 stodierint. **U**isita bo in indigna-
 tione iniquitates eorum: et in ver-
 beribus peccata eorum. **M**

sericordiam autem meam non
 dispergam ab eo: neque noce-
 bo in ueritate mea. **D**eus pro-
 phana bo testamentum meum: et
 quod procedit de labiis meis
 non faciam irrita. **S**emel iura-
 ui in sancto meo si dauid men-
 tiar: semen eius in eternum mane-
 bit. **E**t thronus eius sicut sol
 in conspectu meo: et sicut lu-
 na perfecta in eternum: et testis
 in celo fidelis. **T**u uero res-
 pulisti et desperasti: distulisti
 christum tuum. **A**uertisti testa-
 mentum serui tui: prophana-
 uisti in terra sanctuarii eius. **D**estru-
 xisti omnes sepes eius: posuisti
 firmamentum eius in formidinem.
Diripuerunt eum omnes transieum
 tes uias: factus est opprobrium
 vicinis suis. **E**xalta sit dex-
 tera deprimentium eum: letifica-
 sti omnes inimicos eius. **A**uer-
 tisti adiutorium gladius eius: et
 non es auxiliatus ei in bello.
Destruxisti eum ab emenda-
 tione: et sedem eius in terra colli-
 sisti. **M**inorasti dies temporis eius:
 perfudisti eum profusione. **U**sque
 quo donec auertis in finem: exar-
 descent sicut ignis ira tua?
Memorare quod mea substan-
 tia: nunquid enim uane constitui
 sti omnes filios hominum? **Q**uis est
 homo qui uiuet et non uidebit mor-
 tem: et ueritatem animam suam de manu

fferi: **T**ibi sunt mie tue an-
tiq̄ domine: sicut iurasti da-
uid i veritate tua: **M**emor
esto dñe opprobrijs seruoꝝ
tuoz: quod continui in sinu
meo multarū gētū. **Q**uod
exprobrauerunt inimici tui
dñe qđ exprobrauerit muta-
tationes xpi tui **B**enedict⁹ dñs
i eternū: fiat fiat. **G**loria. **A.** **B**en-
dict⁹ dñs i eternū. **p. lxxxix.**

Domine refugiu fact⁹
des nobis: a genera-
tione in gnationē. **P**rius qđ
mōtes fierēt aut formare-
tur terra ⁊ orbis: a seculo ⁊
in seculum tu es deus. **N**e
auertas hoies in hūilitatē:
⁊ dixisti pueritimi filij hoīz.

Quā mille anni aī oculos
tuos: tanq̄ dies hesterni qđ
p̄terijt. **E**t custodia in no-
cte: qđ p̄ nihilo habent eoz
āni erūt. **M**ane sicut herba
trāseat: mane floreat ⁊ trā-
seat: vespere decidat indu-
ret ⁊ arefcāt. **Q**uia defeci-
m⁹ in ira tua: ⁊ i furore tuo
turbaui sum⁹. **P**osuisti ini-
quitates nr̄as in cōspectu
tuo: seculū nostrū in illumi-
natione vultus tui. **Q**uoni-
am om̄s dies nostrī defecē-
rūt: et in ira tua defecimus
Anni nr̄i sicut aranea me-
ditabunt: dies ānoz nostro

rū in ip̄s septuaginta an-
ni. **S**i autē in potentia tib⁹
octoginta āni: et ampli⁹ eo-
rū labor et dolor. **Q**uā sup-
uenit māuetudo: et corrip̄i
emur. **Q**uis nouit potesta-
tē ire tue: et pre timore tuo
irā tuam dinumerare? **D**e-
xterā tuā sic notā fac: ⁊ eru-
ditos corde in sapiētia **Q**uod
uertere dñe visq̄: ⁊ despa-
bilis esto super suos tuos.

Repleti sum⁹ mane inia-
tua: ⁊ exultauim⁹ ⁊ delecta-
ti sum⁹ i oib⁹ dieb⁹ nr̄is **D**e-
tati sumus pro diebus qui-
bus nos humiliasti: ānis qđ
bus vidimus mala. **R**espi-
ce in seruos tuos et in ope-
ra tua: et dirige filios eoz
Et sit splendor dñi dei no-
stri super nos: et opera ma-
nuū nostrarū dirige super
nos: et opus manuū nostra-
rū dirige. **G**loria p̄ri. **p. xc.**

Qui habitat i adiuto-
rio altissimi: in prote-
ctione dei celi cōmorabit⁹.
Dicet dño susceptoz meus
es tu ⁊ refugiu meū: de me
us sperabo in cū. **Q**uomā
ip̄e libera bit me de laqueo
venantiū: et a verbo aspero
Scapulis suis obūbrabit
tibi: ⁊ sub p̄mis eius spera-
bis. **S**cuto circūdabit te

ritas eius: non timebis a timore nocturno. **A** sagitta volante in die: a negotio perambulante in tenebris: ab incursu et demonto meridiano. **C**adent a latere tuo mille: et decem milia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. **T**erunt oculis tuis considerabis: et retributionem peccatorum videbis. **Q**uonia tu es dominus spes mea: altissimus posuisti refugium tuum. **N**on accedet ad te malum: et flagella non appropinquabit tabernaculo tuo. **Q**uonia angelis suis mandavit de te: ut custodiant te in omnibus viis tuis. **I**n manibus portabit te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. **S**uper aspidem et basiliscum ambulabis: et calcabis leonem et draconem. **Q**uia in me speravit liberabo eum: protegam eum quoniam cognovit nomen meum. **C**lamabit ad me: et ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum et glorificabo eum. **I**n longitudine dierum replebo eum: et ostendam illi salutarem meum. **G**loria. ps. xxi. **B**onus est consistere domino: et psallere nomini tuo altissime. **A**d annunciandum mane misericordiam tuam: et veritatem tuam per noctes. **I**n decachordo

psalterio: cum canticum in cithara. **Q**uia delectasti me domino in factura tua: et in operibus manuum tuarum exultabo. **Q**uonia magnificata sunt opera tua domino: nimis profunde facte sunt cogitationes tue. **V**ir insipiens non cognosceret: et stultus non intelliget haec. **Q**uia exorti fuerint peccatores sicut fenestrae: et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. **U**t intreat in seculum scelerum: tu autem altissimus in eternum domino. **Q**uia ecce inimici tui domino: quoniam ecce inimici tui peribunt: et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. **E**t exaltabitur sicut unicornus cornu meum: et senectus mea in misericordia. **E**t desperit oculus meus inimicos meos: et insurgentibus in me malignantibus audiet auribus meis. **I**nustus ut palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur. **P**latati in domo domini: atria domus domini florebit. **A**d huc multiplicabunt in senectate: et bene patientes erunt ut annunciet. **Q**uia rectus dominus deus noster: et non est iniquitas in eo. **G**loria. ps. xxi. **D**ominus regnavit decorem induit: induit est dominus fortitudinem et precinxit se. **E**t tenui firmavit os

hem terre: q̄ nō cōmouebis.

Parata sedes tua ex tunc: a seculo tu es. **E**leuaueſt flumina dñe: eleuaueſt flumina vocē suam. **E**leuaueſt flumina fluctus suos: a vocibus aquarū multarū. **M**irabiles elationes maris: mirabiles in altis dñs. **T**estimonium tua credibilia facta sunt nimis: domū tuā decet sanctitudo dñe in longitudine dierum. **G**loria pa. **ps. xcvi.**

Deus uoluntū dñs: deus uoluntū libere egit **E**xaltare qui iudicas terrā redde retributionē superbi.

